TRYPHONIS
GRAMMATICI ALEXANDRINI
FRAGMENTA

COLLEGIT ET DISPOSUIT

ARTHURUS DE VELSEN
PHIL. DR.

ACCEDIT TRYPHONIS OBSERVATIO *ΠΕΡΙ ΤΟΥ Ρ ΠΟΥ ΔΑΣΥΝΕΤΑΙ ΚΑΙ ΠΟΥ ΨΙΛΟΥΤΑΙ* NUNC PRIMUM E CODICE VINDOBONENSI EDITA.

BEROLINI
PROSTAT IN LIBRARIA FRIDERICI NICOLAI
MDCCCLIII.

VIRO DOCTISSIMO

GUSTAVO PARTHEYO

D.

AUCTOR.

Nuper de Tryphone, grammatico Alexandrino, scripserunt Schmidtius, Stiehlius, Graefenhanius. Miretur igitur quis, cur ego quartus accedam. At cum, quo tempore Schmidtii et Stiehlii commentationibus uti contigit, totum fere absolvissem libellum atque alterum particulam quaestionum Tryphoniarum edidisse, alterum omnia fragmenta collecturum circiter quadraginta omisisse sentirem, pleniora ea emittere operae pretium videbatur. Graefenhanii autem dissertationem consulere non licuit. Dabam Berolini Non. Octobr. MDCCCLII.

De
dita
γραμ
νους
pulun
in his
usitat
tur f
ὁ τοῦ
fides
eorum
rumqu
poris a
nio, A
dum vi
vitae a
floruiss
auditor
fuisse
circiter
auctum
cipatum
Fabricio
γεγονὼς
cum ho
perquan
licite u
Suidam
diderit:

1)

De vita Tryphonis admodum pauca a Suida v. *Τρύφων* tradita accepimus. Qui haec: *Τρύφων, Ἀμμωνίου, Ἀλεξανδρεύς, γραμματικὸς καὶ ποιητής, γεγονὼς κατὰ τοὺς Αὐγούστου χρόνους καὶ πρότερον.* Ubi genitivo *Ἀμμωνίου* quamquam discipulum significari posse neminem fugit, cuius opera studiumque in hisce rebus paullisper versata sunt, tamen, id quod multo usitatius est, patris nomen esse illud sumamus. Ammonii igitur fuit Trypho filius; nam quod in Et. Gud. 104, 4 *Τρύφων ὁ τοῦ Ἄμμωνος* legitur, nulla huic formae, Deorum propriae, fides habenda. At quisnam fuit Ammonius ille? Qui si in eorum fuit numero, quorum notitia ad nos perlata est quorumque recensum egit Fabricius bibl. Gr. IV, 2 p. 171, temporis a Suida statuti habita ratione de nullo nisi de Ammonio, Ammonii filio, Aristarchi in schola successore[1]), cogitandum videtur. Aristarchum, qui ad septuagesimum secundum vitae annum pervenisse dicitur, si circa Ol. CLVI, qua eum floruisse Suidas testatur, trigesimum sextum egisse eiusque auditorem, Ammonium, viginti annis praeceptore minorem fuisse conicimus, vix Sullae aetatem Ammonius attigit. Quem circiter Ol. CLII natum, etiamsi sexagenarium filio Tryphone auctum esse ponimus, vix huius vitam ad Augusti usque principatum prolatam fuisse mihi persuadeam; licet iam inde a Fabricio omnes viri docti id Suidae concesserint. Neque verba *γεγονὼς κατὰ τοὺς Αὐγούστου χρόνους* mordicus tenenda sunt, cum hoc regno omnibus notissimo et ad tempora definienda perquam accommodato iste non semper accurate atque sollicite utatur. Neque mirum in Tryphonis aetate constituenda Suidam ita locutum esse, quippe qui haec de Ammonio prodiderit: *διεδέξατο τὴν σχολὴν Ἀριστάρχου πρὸ τοῦ μοναρχῆσαι*

---

1) Suid. v. *Ἀμμώνιος*, Eudoc. p. 56, schol. Ven. Il. IX, 398.

τὸν Αὔγουστον. Sane ante Augusti imperium, sed centum fere annis ante. Sola ergo pro veris habenda, quae de Tryphone post *κατὰ τοὺς χρόνους* Suidas scribit *καὶ πρότερον*, praesertim cum *γεγονώς*[2]) praecedat, qua voce lexicographus ille, quo quis floruerit tempore, significare consuevit. Quibus vero de de caussis Bernhardyus litt. Gr. I p. 525 Tryphonem usque ad Tiberii dominatum detruserit, equidem non intelligo.

Patriam autem Tryphonis fuisse Alexandriam praeter Suidam auctores sunt Athenaeus III p. 109b et grammaticus apud Hermannum de em. gr. p. 325. De praeceptore nihil proditum; haud incommode tamen Tryphonem a patre, siquidem is Aristarchi auditor ille fuit, institutum esse conicias. Neque enim Lehrsio de Arist. p. 341 not. Tryphoni artis grammaticae auctorem fuisse Didymum, qui illius aetati suppar indicandus est, concedam. Graefenhanius hist. phil. II p. 39 ad Aristarchum confugiens manifesto erravit. Inter discipulos nominatur Habro[3]), Phryx vel Rhodius, quem manumissum Romae docuisse perhibent Suidas s. v., Eudocia p. 62, Zonaras p. 7 fortasse Hermippum[4]) secuti. Tum Dionysius quidam *ὁ τοῦ Τρύφωνος* commemoratur ab Athenaeo VI p. 255c; XI p. 503c; XIV p. 641a, a Stephano Byzantio p. 464, 12; 482, 3 Mein., ab Harpocratione p. 50, 22; 86, 16 Bekk. Qui Tryphonis filius discipulusne fuerit, propter testimoniorum penuriam in medio relinquimus. Ceterum praeceptoris Tryphonis vestigia haud aegre et ex Habronis et e Dionysii fragmentis cognoscas. Scripsit enim ille pariter ac Trypho de paronymis et de pronominibus, hic *περὶ ὀνομάτων*. Quod autem ab Athenaeo XIV p. 640c et 641a eadem ex Tryphone et Dionysio traduntur, vitio quodam librariorum id factum videtur; sed hac de re infra accuratius disseremus. In discipulorum numerum ne quis Apollonium quoque, Herodiani patrem referat, ut exstat in Cram. An. Ox. III p. 269, 26, temporum ratio impedit[5]).

---

2) Ut unum exemplum afferam vide Suidam v. *Δίδυμος*: *γεγονὼς ἐπὶ Ἀντωνίου καὶ Κικέρωνος καὶ ἕως Αὐγούστου*.

3) Nomen saepe falso scriptum est *Ἄμβρων*, velut in Et. M. p. 624, 57.

4) Scripsit Hermippus *περὶ τῶν διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων*, cf. Suid. v. *Ἴστρος* et Reines. ad Suid. v. *Ἕρμιππος ὁ Βηρύτιος*.

5) Stiehlius novam lectionem *ὁ τούτου μαθητὴς Ἀπολλωνίου υἱὸς ὁ Ἡρωδιανός*, quam unde petierit, equidem ignoro, secutus Tryphonem Aparctionis filium designari opinatur.

Neque negligamus Tryphonem, Ammonii filium, ab alio quodam, qui in Et. M. p. 247, 54 ὁ Ἀπαρκτίωνος, in Et. Gud. p. 134, 28 ὁ Ἀρποκρατίου vocatur, distinguendum esse. Qui ex utraque forma tertiam Ἀρποκρατίωνος procuderit, verum fortasse revocarit; quamquam etiam Ἀρποκράτιος in usu fuisse non praefracte negaverim.[6]) Fragmenta vero etsi ad utrum pertineant, ambiguum videtur, minime tamen dubitandum autumo, quin omnia, ubi nude positum Tryphonis nomen occurrit, recte Ammonii filio adiudicentur.

Exin librorum, quos Trypho condidit, Suidas enumerat hosce: *περὶ πλεονασμοῦ τοῦ ἐν τῇ Αἰολίδι διαλέκτῳ βιβλία ζ'. περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ διαλέκτων καὶ Σιμωνίδῃ καὶ Πινδάρῳ καὶ Ἀλκμᾶνι καὶ τοῖς ἄλλοις λυρικοῖς. περὶ τῆς Ἑλλήνων διαλέκτου καὶ Ἀργείων καὶ Ἱμεραίων καὶ Ῥηγίνων καὶ Δωριέων καὶ Συρακουσίων. περὶ τῆς ἐν κλίσεσιν ἀναλογίας ά. περὶ τῆς ἐν εὐθείᾳ ἀναλογίας. περὶ ὀνομάτων συγκριτικῶν ά. περὶ τῆς ἐν μονοσυλλάβοις ἀναλογίας. περὶ ὀνομάτων χαρακτήρων ά. περὶ ῥημάτων ἀναλογίας βαρυτόνων ά. περὶ ῥημάτων ἐγκλιτικῶν καὶ ἀπαρεμφάτων καὶ προστακτικῶν καὶ εὐκτικῶν καὶ ἁπλῶς πάντων. περὶ ὀρθογραφίας καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ζητουμένων. περὶ πνευμάτων καὶ τρόπων.* Negligenter e copiosiore alius scriptoris loco carptim Tryphonis librorum nomina descripta, tum inconsulte ac temere conglutinata, alios in plures partes misere dilaceratos esse iam vidit Bernhardyus. Nam neque Argivorum, Himeraeorum, Syracusanorum dialecti a Dorica distinguendae fuerunt neque aliis profecto commentariis Himeraeorum ac Rheginorum, aliis Stesichori atque Ibyci dialecti illustratae. Tum procul dubio libri *περὶ τῆς ἐν κλίσεσιν ἀναλογίας, περὶ τῆς ἐν εὐθείᾳ ἀναλογίας*, fortasse etiam ille *περὶ τῆς ἐν μονοσυλλάβοις ἀναλογίας* maioris cuiusdam operis de casuum analogia conscripti membra disiecta existimandi sunt.

Contra Suidas in fine indicis recte *καὶ ἄλλα* adiecit, cum ab aliis laudentur *περὶ Ἀττικῆς προσῳδίας* libri, quantum quidem nos scimus, tres, *περὶ ἄρθρων, περὶ προσώπων, περὶ συνδέσμων, περὶ ἐπιρρημάτων, περὶ παρωνύμων, περὶ ἀρχαίας*

---

6) Ita *Διόγειτος* pro *Διογείτων* in titulo Telio apud Rossium Hellen. I p. 60, 61. Qui mos apud recentioris potissimum aetatis Graecos invaluit; inde *Χάρος* dictum pro *Χάρων*, alia id genus.

ἀναγνώσεως libri saltem duo, περὶ ἑλληνισμοῦ minimum quinque, tres certe περὶ ὀνομασιῶν, φυτῶν ἱστορία vel φυτικά, περὶ ζώων, περὶ παθῶν λέξεων, περὶ σχημάτων, περὶ μέτρων. Quibus e coniectura addimus περὶ ἀντωνυμιῶν et περὶ μετοχῆς. Exceptis autem fragmentis nihil nisi libellus quidam de spiritibus e Tryphone, Choerobosco, Theodoreto collectus, tum liber de tropis et excerpta e pathologia ad nostram usque memoriam pervenerunt. Factum est egregia Bonitzii in me humanitate ut nunc etiam quaedam e libro περὶ πνευμάτων in lucem protrahantur.

Phavorinum vero in eclogarum fronte Tryphonis nomen ponentem, ne quis pro fonte quaestionum Tryphoniarum habeat; neque enim unus ille locus, ubi grammatici nostri nomen comparet, (p. 334, 24 Dind.), neque ceteri, ubi reticetur, aliunde, quam ex Etymologicis et Eustathio repetiti sunt. Quae vero in Gregorii Corinthii de dialectis tractatum e Tryphone, cuius nomen prae se fert, transierint, non perspectum habeo; certe istum non ex ipso Tryphone sua deprompsisse crediderim. Verum ne ipsius quidem Eustathii magna fides, qui quae habet aut ex Athenaeo aut ex Apionis et Herodori commentariis et negligenter quidem descripsit. Sunt tamen apud eum nonnulla, quorum nunc vix alibi vestigium agnoscas, velut quae episcopus ad Il. p. 556, 38; 1146, 55; 1214, 41; 1291, 46; in Od. p. 1401, 42; 1447, 46; 1698, 26 adnotavit. Quae tamen ex ipsius Tryphonis scriptis eruta esse aegerrime mihi persuadeam. Universum enim Eustathii scribendi genus festinanter est percurrentis volumina eorum, qui undique colligendo magnam vel vocum vel sententiarum congeriem paraverunt; haudquaquam cum laboriosa convenit industria, quae ex ipsis fontibus, quam e rivulis huc illuc deductis et cum alieno humore commistis haurire mavult. Ceteris testibus maior fides ac praestantia, quamquam haud scio an ne hi quidem omnes ad auctorem ipsum redierint.

Librorum autem Tryphoniorum qui prius confectus sit, qui hunc exceperit, obscurum; nisi forte sagax aliquis Apollonii de coni. p. 496, 18 et 20 verba pro vestigio habens, Tryphonem prius de adverbiis, quam de coniunctionibus quaestiones composuisse odoratur.

Fuit autem Trypho Aristarchi assecla; quod cum propter originem verisimile sit, tum confirmatur consensu, quem nunc

quoque inter illum et Dionysium Thracem intercedere videmus. Stoicorum sectatorem cum Bernhardyo synt. gr. p. 270 eum appellare nolim; noverunt enim nec praepositiones nec adverbia, de quibus Trypho singulis voluminibus egit, praeterea etiam in articuli pronominumque disciplina ab illis recessisse videtur. Quodsi qua via ac ratione in rebus grammaticis Trypho usus sit, quaeris, eum analogiam semper fere pro duce habuisse reperies. Quam cum haud raro etiam contra usum secutus sit, fieri non potuit, quin crebro in graves incideret errores. Quotiescunque autem ad antiphrasim confugit, semper lapsus est. Dialectorum quoque investigandorum eum fuisse studiosissimum primo oculorum obtutu e librorum indice cognosces, in fragmentis haud pauca invenies documenta.

Honorificum autem Tryphoni inter grammaticos fuisse locum, licet nusquam manifesto testimonio traditum sit, attamen ex haud levibus indiciis recte colligitur. Nam Apollonius et Herodianus, ut Prisciani verbis utar, maximi artis grammaticae auctores[7]), Tryphonis et examinaverunt sententiarum pondera et perpensas non raro receperunt. Adde quod cum Dionysius Thrax tum Apollonius, cuius usum Priscianus imitatus est, creberrime Tryphonis nomen ad regulas exemplis illustrandas adhibuerunt, quae laudantium et honorantium fuit consuetudo[8]), quamquam eiusdem interdum Apollonius exstitit castigator. Verum licet clarus fuerit Trypho atque insignis, nihilominus fama eius obscurata est maximeque ab Herodiano, qui ex illius scriptis quae ipsi utilia viderentur transferendo, effecisse existimandus est, ut de tot tamque eximiis libris aut pauca fragmenta aut titulus solus aut ne hic quidem supersit.

I.

ΠΕΡΙ ΠΝΕΥΜΑΤΩΝ.

Ex hoc libro, qui et a Suida et in Et. M. p. 148, 40 sive a Dracone Strat. p. 25, 22 laudatur nonnulla se repetisse suo-

---

7) Notandus est Stiehlii error Prisciani XI c. 1 verba, maximus auctor artis grammaticae' ad Tryphonem referentis. Apollonium cum Priscianus sequatur ducem, vel hac de caussa hunc eo additamento ornari probabile est. Accedit quod iisdem fere verbis de Apollonio iudicat l. VIII c. 87 Krehl: Apollonius, summus auctor artis grammaticae. cf. VI c. 1.

8) cf. Ritschl. de Oro et Orione p. 12.

que tractatui immiscuisse profitetur auctor lexici illius de spiritibus, quod e codice quodam Vossiano descriptum Valckenarius post Ammonium p. 207 edidit. Verum cum praeterea e Choerobosco, Theodoreto, aliisque (Herodianus enim, Joannes, Tyrannio, tum τεχνολόγοι et νεώτεροι γραμματικοί ibi commemorati) excerpta adiungantur, quid cuiusque fuerit, ambigitur. Bona eiusdem opusculi pars etiam Constantini Lascaris grammaticae inserta. Forsitan uterque auctor ex ipso Tryphone sua assumpserit, cum, si recte Lascaris verba quaedam interpretor, etiam medio XV seculo Tryphonis περὶ πνευμάτων liber in bibliothecis asservatus fuerit Ille enim l. III haec: οὐ δεῖ τοὺς ἀκροατὰς μόναις ἀρκεῖσθαι ταῖς ἐπιτομαῖς, ἀλλὰ μετ' ἐκείνας ζητεῖν τὰ εὑρισκόμενα παλαιὰ καὶ νέα ἐρωτήματα, ἀφ' ὧν καὶ αὐτὸς ταυτὶ ἠρυσάμην καὶ ὅσα εὐχερῶς εὕρηνται. Τρύφωνος καὶ Θεοδοσίου[1]) καὶ Χοιροβοσκοῦ τὰ εὑρισκόμενα, περὶ συνωνύμων ῥημάτων, περὶ τρόπων καὶ σχημάτων ποιητικῶν, περὶ παθῶν, περὶ πνευμάτων, περὶ ποιότητος καὶ ποσότητος, περὶ ὀρθογραφίας, περὶ ἰδιωμάτων. Verumtamen, si quis etiam Lascarim quae habet de spiritibus e lexico illo arcessivisse suspicetur, equidem non pertinaciter contra dicam. Quod non ignotum fuisse satis inscriptionis verba ἀντιγράφοις διαφόροις ἀντιβληθὲν καὶ ὀρθωθέν docent.

Ceterum Trypho non initialium modo vocalium pronunciationem quantitatis ipsarum, consonantium subsequentium, syllabarum numeri habita ratione perscrutatus, sed etiam quam nunc dicunt interaspirationem copiosius exposuisse videtur. Neque a vero aberret, qui vel de digamma Aeolico quaestioni locum illic fuisse censeat, quamquam hac de re etiam in pathologia, sicuti in libris περὶ ἀρχαίας ἀναγνώσεως de interaspiratione disputavit.

Quod autem Tryphonis potissimum de spiritibus liber utilis visus est, cuius excerpta in lexicon illud conferrentur, hoc inde factum arbitror, quod Apollonii Herodianique opera Tryphonio quasi fundamento superstructa procul dubio et uberiora et subtiliora fuerunt. Simili sententia usus est Giesius dial. Aeol. p. 224.

---

1) Unde ne in lexici illius fronte pro Theodoreto Theodosii nomen ponamus, impedit eadem inscriptio in cod. Vatic. 1370 f. 155 apud Bekk. An. p. 1128; cf. cod. Vatic. 1751 f. 115 apud Bekk. An. p. 1169.

1 (1). Et. M. p. 148, 40 sive Draco Str. p. 25, 22: *Τρύφων ἐν τῷ περὶ πνευμάτων φησί, τὸ α προτασσόμενον τοῦ ρπ συστέλλεται καὶ δασύνεται.*

Quibuscum consentiunt in lexico *π. πν.* p. 212 haec: *τὸ α προτασσόμενον τοῦ ρ φωνήεντος ἢ συμφώνου ἐπαγομένου ψιλοῦται. πλὴν τοῦ ἅρπη, ἅρπυια, ἁρπάζω, ἅρπαξ, ἁρπαλέος καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἐχόντων ἐπαγόμενον τὸ π.* Neque aliter Herodianus in schol. Ven. Il. XXI 38, qui etiam litteris *ερπ* spiritum asperum vindicat; cf. Cram. An. Par. IV p. 251, lex. de spir. p. 218. Tryphonis praeceptum recte sese habet, nisi quod *ἀρπεδής, ἀρπεδίζω, ἀρπεδόεις* utroque spiritu elata esse videntur; *ἀρπέτισσα* apud Moschopulum Opusc. p. 34 Titze quid sit, nescio.

2 (2). Moschopuli Opusc. p. 33 Titze: *Τρύφων τὸ α πρὸ τοῦ ζ καὶ ψιλοῦσθαι καὶ βραχύνεσθαι ἀξιοῖ.*

Eadem in lex. de spir. p. 208 servata, ubi recte tamen *ἅζω* eximitur; cf. Lobeck. Rhemat. p. 76.

3 (3). Epim. Hom. p. 193, 28: *Ἦδος. ὁ Τρύφων ὁ γραμματικὸς [συναινεῖ] τοῖς δασύνουσι τὴν λέξιν ταύτην, διότι ἀπὸ τοῦ ἥδεσθαι, ὃ σημαίνει τὸ τέρπεσθαι, γέγονε· καὶ ὥσπερ ἀπὸ τοῦ ἕλκεσθαι ἐγένετο ἕλκος καὶ ἐφυλάχθη τὸ αὐτὸ πνεῦμα, οὕτως καὶ ἀπὸ τοῦ ἥδεσθαι [ἧδος] φυλάξει τὸ αὐτὸ πνεῦμα.*

Eadem repetuntur in An. Par. III p. 367, 16, unde etiam *συναινεῖ* inserui. *Ἧδος*, sicuti Trypho voluerat, exhibet Photius lex. p. 62, 15. Controversiosam vero rem fuisse ex Aelio Dionysio et Pausania (in *Ἀττικοῖς ὀνόμασιν* opinor) apud Eustathium in Od. p. 1417, 18 et e Sexto Emp. adv. gramm. p. 612, 11 Bekk. apertum est. Inter eos qui *ἦδος* praeferebant, fuit Herodianus, cf. An. Par. III p. 144, 23: *Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ Συμποσίῳ φησίν, ὅτι ἦδος βούλονταί τινες δασύνειν, ἡμεῖς δὲ ἐκρίναμεν, ὥστε μᾶλλον ψιλοῦσθαι, ἐπειδὴ τὰ εἰς ος λήγοντα οὐδέτερα δισύλλαβα, ἀρχόμενα ἀπὸ φύσει μακρᾶς, θέλει ψιλοῦσθαι· οἷονα ἶσχος, εὖχος, εἶδος, ἦθος*[2]*) τὸ ἦδος οὖν ψιλωτέον, ὡς τροχαϊκὸν τῶν εἰς ος ληγόντων· παράγεται δὲ ἐκ τοῦ ἥδω ἦδος.* Cf. p. 277, 13; Et. M. p. 420, 35; Eust. in Il. p. 154, 39; 235, 6; Bekk. An. p. 716, 7. Eadem fere ex Herodiano *ἐν τῇ καθόλου* traduntur in schol. Apoll. Argon. I, 1294; cf. Zonar. p. 976[3]); ex Herodiano *ἐν τῇ Ἰλιακῇ προσῳδίᾳ* in schol.

2) *Ἦθος* scripsi pro *οὐδός* propter Epim. Hom. p. 193, 28.

3) Quae ibi leguntur originationes ab *ἅδος* et *ἕω* pro *κορέννυμι*, habemus eas iam in Epim. Hom. l. l.; cf. Et. M. p. 420, 25, 28.

Ven. Il. I, 576; Et. M. p. 420, 30. Idem commendabant Ptolemaeus Ascalonita et Alexis, cf. schol. Ven. Il. IX, 6. Quibuscum facit Suidas v. ἦδος et ἡμέρα, lex. de spir. p. 222; Moschopulus Opusc. p. 37.

4 (4). Et. Gud. p. 278, 28: *Λέγει ὁ Τρύφων, ὅτι ἡμάρτηται τὸ ἵμερος καὶ ἵλαος καὶ ἱμονία, ὅτι μακρὸν ἔχοντα τὸ ι δασύνεται*[4]*)· καὶ γὰρ πᾶν ὄνομα ἀπὸ μακρᾶς ἀρχόμενον ψιλοῦσθαι θέλει· Ἰνώ, Ἰαπετός, ἰχώρ. πλὴν τούτων· ταῦτα γὰρ δασύνεται.*

Vocem ἱμονία vel ἱμονιά nusquam nunc productum ι habuisse videmus; certe ἱμάς et in arsi et in thesi nonnunquam habere potuit, cf. Il. VIII, 544, X, 475. Fortasse inde nata scriptura ἱμονία, quae est in Et. Gud. p. 58, 42; 277, 49. Ἵλαος et ἵμερος etiam in Const. Lasc. gramm. p. 191, ἵλαος, ἵμερος, Ἰνώ, ἰχώρ in lex. de spir. p. 228, 230 adnotata sunt. Verissime autem Tryphoni auctor Etymologici Gud. p. 278, 33 propter ι productum idemque spiritu aspero pronunciatum in ἱμάτιον adversatur. Atque aliis quoque vocabulis Tryphonis placitum infringas, si id de omnibus, quorum initium longa est vocalis, propositum existimes. At ex exemplis divinamus excidisse aliquid, quo regulam illam solum de substantivis et adiectivis ab ι incipientibus valere statuebatur. Haud dissimilis in libris περὶ ἀρχαίας ἀναγνώσεως fuit quaestio de ἱερός.

5 (5). Athen. IX p. 397e: *Ταῶς λέγουσιν Ἀθηναῖοι, ὥς φησι Τρύφων, τὴν τελευταίαν συλλαβὴν περισπῶντες καὶ δασύνοντες. καὶ ἀναγινώσκουσι μὲν οὕτως παρ' Εὐπόλιδι ἐν Ἀστρατεύτοις, πρόκειται δὲ τὸ μαρτύριον καὶ ἐν Ὄρνισιν Ἀριστοφάνους* (v. 102).

Τηρεὺς γὰρ εἶ σύ; πότερον ὄρνις ἢ ταῶς;
καὶ πάλιν (v. 269).
Ὄρνις δῆτα. τίς ποτ' ἐστίν; οὐ δή που ταῶς;

λέγουσι δὲ καὶ τὴν δοτικὴν ταῶνι, ὡς ἐν τῷ αὐτῷ Ἀριστοφάνης (v. 885). *ἀμήχανον δὲ παρ' Ἀττικοῖς καὶ Ἴωσιν ἐν τοῖς ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν ὀνόμασι τὴν τελευτῶσαν ἀπὸ φωνήεντος ἀρχομένην δασύνεσθαι. πάντως γὰρ εἶναι ψιλὴν αὐτὴν παρηκολούθηκεν, οἷον νεῶς, λεῶς, Τυνδάρεως, Μενέλεως, λειπόνεως, εὔνεως, Νεῖλεως, πρᾶος, υἱός, Κεῖος, Χῖος, δῖος, χρεῖος, πλεῖος, λεῖος, λαιός, βαιός, πηός, γόος, θοός, ῥόος, ζωός. φίλαρχος γὰρ οὖσα καὶ ἡγεμονικὴ τὴν φύσιν ἡ δασύτης τοῖς τελευταίοις μέρεσι τῶν ὀνο-*

4) Sturzius δασύνεσθαι.

μάτων οὐδαμῶς ἐγκαθείργνυται. ὠνόμασται δὲ ταῶς ἀπὸ τῆς τάσεως τῶν πτερῶν. Cf. Eust. in Il. p. 524, 23; 1271, 10.

Idem testati sunt Apollonius Dyscolus *περὶ πνευμάτων*, cf. de constr. or. IV p. 314; Seleucus *ἐν τῷ πέμπτῳ περὶ ἑλληνισμοῦ* apud Athen. IX p. 398a, schol. Arist. Av. v. 102, Hesychius et Suidas v. *ταῶς*. *Ταῶς* nihil tamen de spiritu monens Ioann. Alex. *τον. παραγγ.* 9, 1 scribendum praecipit. Pluribus hac de re disseruerunt Lehrsius de Arist. p. 341—345, Giesius de dial. Aeol. p. 326. Incidisse vero Trypho in originationem *ἀπὸ τῆς τάσεως τῶν πτερῶν* ideo videtur, quod saepe spiritus asper in vicem expulsi *σ* substitutus est; quo de Lacedaemoniorum, Argivorum, Pamphyliorum, Eretriensium, Oropiorum more consulas Et. M. p. 391, 12, Ahrentem de dial. Dor. p. 74. Tryphonem secuti sunt Philemon p. 156, Zonaras p. 1709, Et. M. p. 749, 5, An. Par. I p. 30. De universa interaspiratione Lehrsium de Arist. p. 337, Giesium de dial. Aeol. p. 310, Villoisoni prol. in Il. p. II laudasse sufficiet. Denique dativi *ταῶνι*, quem etiam Eustathius in Il. p. 346, 9 affert, praeter Aristophanis nullum inveni exemplum.

6 (6). Superest in bibliothecae Caesareae Vindobonensis [5]) codice MS. CCLXXXVII fol. 33b et 34a Tryphonis tractatus quidam *περὶ τοῦ ρ, ποῦ δασύνεται καὶ ποῦ ψιλοῦται* inscriptus, cuius apographum Bonitzii benignitati debeo.

Τὸ ρ ἀρχόμενον τῆς λέξεως δασύνεται· ῥώμη, ῥήτωρ, ῥόδος καὶ τὰ λοιπά· πλὴν τοῦ Ῥάρος κυρίως καὶ Ῥαριάς καὶ Ῥάριον ψιλούμενον. ὅτε δέ εἰσι δύο, τὸ πρῶτον ψιλοῦται καὶ τὸ δεύτερον δασύνεται· οἷον ἐπίῤῥημα, ἔῤῥαπται. διὰ τί; διότι οὐδέποτε συλλαβὴ οὔτε λέξις εἰς δασὺ καταλήγει· ὅθεν καὶ Ἀτθίς καὶ Σαπφώ καὶ Βάκχος τὰ πρότερα ψιλὰ ἔχουσι καὶ οὐ δασέα. εἰ οὖν τὸ πρῶτον ρ ἐδασύνετο, ἔληγεν ἡ συλλαβὴ εἰς δασυνόμενον ρ· ὅπερ ἐστὶν ἄτοπον. Τούτου χάριν τὸ πρῶτον ψιλοῦται καὶ τὸ δεύτερον δασύνεται, ἵνα συμφωνῇ τὰ ψιλὰ τοῖς δασέσιν [6]). *καὶ τὸ μὲν δεύτερον ρ ἔχει τὴν δασεῖαν τοῦ πρωτοτύπου· ῥῆμα, ἐπίῤῥημα· τὸ δὲ προστεθὲν πρῶτον ἔχει τὴν ψιλήν, ἵνα ὁμοφωνῇ. οὗτός ἐστιν ὁ τῶν παλαιῶν κανών, ὃς παρὰ τοῖς νέοις ἠθέτηται.*

Quae vero sequuntur: *χρὴ δὲ εἰδέναι ὅτι τὸ ρ ἀμετάβο-*

---

5) Eundem tractatum in cod. Barocc. n. 125 inesse docet Fabricius.

6) Cod. *δασέοις*.

λόν[7]) ἐστι καὶ πάντως ἐπὶ τῶν θηλυκῶν ἐμπροσέχει[8]) τὸ α[9]), οἷον χήρα, θύρα, μοῖρα, σαπρά, μικρά, πονηρά, μυσαρά, καὶ ὅσα τοιαῦτα ab hoc loco aliena sunt.

Haud pauca inde in lexicon de spir. p. 242 transierunt. De Ῥάρος et ῥάρος etc. alii quoque idem praeceperunt, quorum scholiastam Dionysii Thr. p. 693, 11 nominasse sufficiet. Neque aliam formarum ῥερυπωμένος (Od. VI 59), ῥεραπισμένος et ῥερῖφθαι, quae ex Anacreonte et Pindaro in Bekk. An. p. 1287 adnotantur, rationem esse ideoque cum spiritu leni scribendas existimem. Nam quod Ῥάρος fere aspirationi adversari traditur, factum id nimirum, quod vox erat ceteris multo usitatior. Plura suppeditat Lobeckius Paral. p. 13.

Quodsi coniectura uti licet Tryphonem quoque in Bekk. An. p. 693, 20 hisce verbis significari dixerim: οἱ ἀρχαῖοι γραμματικοὶ τὸ μὲν μετὰ ψιλοῦ εὑρισκόμενον ρ ἐψίλουν, τὸ δὲ μετὰ δασέος ἐδάσυνον· οἷον τὸ Ἀτρεὺς καὶ κάπρος ἐψίλουν, τὸ δὲ χρόνος, ἀφρός, θρόνος ἐδάσυνον. Cf. Et. M. p. 9, 25; 456, 14; Porphyrium in Villois. An. II p. 114.

II.

ΠΕΡΙ ΑΤΤΙΚΗΣ ΠΡΟΣΩΙΔΙΑΣ.

Cuius libri quale fuerit argumentum, ipsa satis docet inscriptio. Etenim cum Graecae dialecti etiam accentu inter se differrent et augescente vulgaris linguae vi sensim quae Atticorum propria fuerant, obscurarentur et delitescerent, fuit cur grammatici in eorum consuetudinem inquirerent. Itaque post Tryphonem Herodianus quoque testibus Et. M. p. 804, 20, schol. Ariost. Equ. v. 490 περὶ Ἀττικῶν προσῳδιῶν scripsit. Quantum quidem e fragmentis suspicari licet, Trypho creberrime vocabulis, quorum accentu mutato alia notio gignebatur[1]), discernendis occupatus fuit; etiamsi minime negligendum est eorum quae nunc supersunt plurima ab Ammonio de differentiis vocabulorum scribente servata esse. Maximam vero argumenti partem e comicis Trypho repetisse videtur. Quo magis autem

7) Cod. ἀμετάβατον. At cf. Dionys. Thr. p. 632, 6.

8) Cod. ἐμπροσέχειν.

9) Cod. ᾶ^{ον}

1) Similia tractavit Ioannes Philoponus in libro περὶ τῶν διαφόρων σημασιῶν διαφόρως τονουμένων.

Atticae dictionis proprietates elucerent, quae ipsius aequalibus usitata erant, iuxta ponebat. Ceterum librorum numerum (certe tertius ab Ammonio p. 22 laudatur) et materiae per singulos distribuendae rationem ignoramus. Denique moneamus superesse scriptum quoddam in cod. Vatic. 1751 f. 130 *περὶ τῶν τονιζομένων λέξεων κατὰ στοιχεῖον. ἐξεβλήθησαν ταῦτα ἐκ τῶν τοῦ Χοιροβοσκοῦ Φιλοπόνου Τρύφωνος καὶ ἑτέρων πολλῶν* (cf. Bekk. An. p. 1169), cuius origo, quantum ad Tryphonem, ex Attica prosodia ducenda videtur.

1 (7). Herodianus *π. μον. λέξ.* p. 42, 11: *Στρουθός. Χαῖρίς φησιν Ἀττικοὺς βαρύνειν τὸ ὄνομα, ὡς καὶ Τρύφων μέμνηται ἐν δευτέρῳ περὶ Ἀττικῆς προσῳδίας.* Schol. Arist. Av. v. 877: *Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ Βάσκ' ἴθι Ἶρι ταχεῖα τὸν Ἕκτορι μῦθον ἔνισπε ἐπιμερισμῷ φησὶ τὸν Χαίριδα λέγειν βαρύνειν Ἀττικοὺς τὸ στροῦθος, ὁμοίως καὶ ἐν τῷ ἑκκαιδεκάτῳ τῆς καθόλου λέγων καὶ Τρύφωνα μεμνῆσθαι ἐν δευτέρῳ περὶ Ἀττικῆς προσῳδίας.*

Utroque loco Lehrsius e schol. Ven. Il. II, 311 *Χαῖρις* pro codicum scriptura *ἰσίχαρις* vel *Χάρης* reposuit. *Στροῦθος* nunc vix ex Atticorum scriptis eruas neque a grammaticis copiosius hac de re docemur, qui haud scio an solum propter analogiam nominum *Ξοῦθος, Βοῦθος, Νοῦθος, Δροῦθος*[2]), *Γοῦθος*[3]), aliorum substantivorum in *θος*[4]) etiam *στροῦθος* praestare arbitrati sint. Vulgatam autem formam *στρουθός* grammatici ab analogia secedere censent, quia et generis communis sit et *θεῖν* in ea lateat, accentum in ultima syllaba efflagitans; cf. schol. Ven. Il. II, 311, Epim. Hom. p. 390, 30, Et. M. p. 730, 32, Gud. p. 513, 33, Eust. in Il. p. 228, 35.

2 (8). Ammonius de diff. voc. p. 54: *Ἐξανεψιοί καὶ ἀνεψιοί διαφέρει. καὶ βαρυτόνως προφέρονται τοὔνομα· φησὶ γὰρ Τρύφων ἐν δευτέρῳ περὶ Ἀττικῆς προσῳδίας, ἐξανέψιοι, ὡς ἀμέριμνοι, ἀναστελλομένης τῆς ὀξείας ἐκ τοῦ ἀνεψιοί, ὀνόματος ὀξυνομένου. εἰσὶ δὲ οἱ μὲν ἀνεψιοί τῶν ἀδελφῶν παῖδες, καθὰ καὶ ἡμεῖς ἐκδεχόμεθα· ἐξανέψιοι δὲ οἱ τῶν ἀνεψιῶν παῖδες.*

Ubi ab initio Valckenarii verissimam coniecturam secutus

2) Cf. Lehrs ad Herod. l. l.

3) Cf. Et. M. p. 238, 51; quae est deterior forma, quam *Γοῦτθος*.

4) Cf. Arcad. p. 48, 24.

ἀνεψιοί posui, quamquam eodem vitio inquinata sunt verba Etymologici Gud. p. 192, 20 *ἐξανέψιοι καὶ ἐξανεψιοί διαφέρει* et Cyrilli p. 435. Ammonius enim manifesto discrimen inter *ἐξανέψιοι* et *ἀνεψιοί* constituit simulque de duplici accentu in *ἐξανέψιοι* et *ἐξανεψιοί* monet, ut verba *καὶ βαρυτόνως προφέρονται τοὔνομα* satis docent. Addi vero haec commode poterant de vocabulo non nimis trito, cf. Poll. III 29. Analogia etsi *ἐξανέψιοι* postulat, alii *ἐξανεψιοί* scripserunt, cuius accentus unum nunc habemus vestigium in Polybio (VI 2) apud Athenaeum X p. 440 f. Addas quod *αὐτανεψιός* scribitur apud Eustathium in Il. p. 1338, 38, quamquam alii, veluti Pollux III 28 *αὐτανέψιος* praeferunt. *Ἐξανεψιός* eadem ratione explicaverunt, ut videtur, Aristophanes Byzantius apud Eust. in Il. p. 971, 34, et Hesychius s. v.; errasse autem Pollucem III 29, qui *οἱ δὲ ἐκ τῶν ἀνεψιαδῶν ἀλλήλοις ἐξανέψιοί τε καὶ ἐξανέψιαι* itaque locutum esse Menandrum dicit, iam Nauckius Arist. Byz. frg. p. 144 monuit.

Verba *καθὰ καὶ ἡμεῖς ἐκδεχόμεθα* Tryphonis sunt, qui similiter in fragmento 10 *καθὰ καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ συνηθείᾳ προφερόμεθα*, in 11 *ὁμοίως ἡμῖν*, in 12 *καθάπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ*, in 13 *ὃν ἡμεῖς λέγομεν* scripsit.

3 (9). Ammonius de diff. voc. p. 68. *Θαλαμάς, ὡς ἀγαθάς, καὶ θαλάμας, ὡς μεγάλας, διαφέρειν φησὶ Τρύφων παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ἐν δευτέρῳ περὶ Ἀττικῆς προσῳδίας. ἐὰν μὲν γὰρ ὀξυτονήσωμεν, δηλώσει τὸ τῶν Διοσκούρων ἱερόν, ἐὰν δὲ βαρυτονήσωμεν, τὰς καταδύσεις μηνύει*[5]). Cf. Et. Gud. p. 253, 14[6]).

Ita etiam Aelius Dionysius, nimirum in libro *Ἀττικὰ ὀνόματα* inscripto, teste Eustathio in Il. p. 906, 49 sive Phavorino lex. p. 421, 10, et Cyrillus p. 436. Ceterum dubito num quae Eustathius in Od. p. 1541, 46 scribit, etiamsi nova quaedam praebet, aliunde quam ex Ammonio arcessiverit. Episcopus enim haecce: *ὅτι θαλάμη μὲν ἀεὶ βαρυτόνως, ὡς παλάμη, τὸ δὲ πληθυντικὸν αὐτῆς πρὸς διάφορον σημασίαν ὠξυτονήθη, δηλοῖ ὁ ἱστορήσας θαλαμάς ἐν ὀξείᾳ τάσει καὶ εἰπὼν ὅτι θαλαμάς, ὡς ἀγαθάς, Διοσκούρων ἱερὸν σημαίνει. θαλάμας δὲ*

5) Fortasse *μηνύσει* praestat.

6) Ubi pro *τὰς καταδύσεις καὶ μηνύσεις* rescribas *τὰς καταδύσεις μηνύσει*.

βαρυτόνως, ὡς μεγάλας, καταδύσεις μηνύει. Quae autem in Phot. lex. p. 78, 2 sunt, ita emendemus: *θαλάμαι, αἱ καταδύσεις· θαλαμαί δὲ τόπος ἱερὸς τῶν Διοσκούρων.* Praeterea nusquam me *θαλαμαί* legisse memini; Messeniae enim oppidum illud, ubi Pausanias III 1, 4 Tyndarum habitasse et Dioscuros procreasse refert, aut *Θαλάμαι*[7]) aut *Θάλαμοι*[8]) vocitabatur. *Θαλάμαι* postremo, quemadmodum a Tryphone, per *καταδύσεις* explicatur non solum ab Aelio Dionysio l. l., verum etiam ab Erotiano exp. voc. Hipp. p. 180, Gregorio Cor. de dial. p. 269 Koen., Eustathio in Il. p. 640, 10.

4 (10). Ammonius de diff. voc. p. 94: *Μισητή καὶ μισήτη διαφέρει παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ὥς φησι Τρύφων ἐν δευτέρῳ περὶ Ἀττικῆς προσῳδίας. ἐὰν μὲν γὰρ ὀξυτονήσωμεν, σημαίνει τὴν ἀξίαν μίσους (καθὰ καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ συνηθείᾳ προφερόμεθα)· ἐὰν δὲ βαρυτονήσωμεν, τὴν καταφερῆ πρὸς συνουσίαν. τὴν δὲ διαφορὰν τῶν σημαινομένων καὶ παρὰ Δωριεῦσί φησι*[9]) *φυλάττεσθαι καὶ παρ' Ἴωσιν.*

Idem discrimen e Tryphone fluxisse videtur et Thomae Magistro et Cyrillo et auctori Etymologici Gud. p. 395, 23[10]). Quam ad rem illustrandam maxime faciunt verba Eustathii in Od. p. 1650, 64[11]): *αὐτὸ δέ γε τὸ μισεῖν κοινότερον ἐπὶ τοῦ ἐχθραίνειν τεθὲν ἡ κωμικὴ σεμνότης ἐπὶ μίξεων ἔθετο ἀσέμνων. Ἀριστοφάνης γοῦν μισητίαν*[12]) *ἐπὶ κατωφερείας ἔφη ἤγουν ῥοπῆς ἀσχέτου τῆς περὶ μίξεις. ἄλλοι δὲ μισήτην βαρυτόνως πρὸς διαστολὴν τῆς ὀξυτονουμένης τὴν κοινὴν καὶ ῥᾳδίαν, λέγοντες καὶ χρῆσιν αὐτῆς εἶναι παρὰ Κρατίνῳ*[13]) *καὶ Σώφρονι, χρᾶται δὲ αὐτῇ καὶ παροιμία ἐν τῷ „περὶ σφυρὸν παχεῖα μισήτη*

---

7) Nominis originem ita explanat Polybius IV, 75: *τὸ χωρίον, ὃ καλοῦσι Θαλάμας, διὰ τό τήν τε χώραν τὴν πέριξ αὐτοῦ στενὴν εἶναι καὶ δυσέμβολον τό τε χωρίον δυσπραγμάτευτον καὶ δυσπρόσοδον.*

8) Cf. Strabo VIII p. 360.

9) Ita scripsi e Valckenarii coniectura pro *φασί.* Frequentissima est enim utriusque vocabuli permutatio.

10) Ubi pro *τὴν ἀξίαν μία* revocandum est *τὴν ἀξίαν μίσους.*

11) Cf. Nauck. Arist. Byz. frg. p. 169.

12) Ita Valckenarius, cf. Arist. Plut. v. 989, Av. v. 1619 cum scholio, Poll. VI, 189.

13) Cratini versus fuit, *μίσηται δὲ γυναῖκες ὀλίσβοισι χρήσονται.* Cf. Suid. et Phot. v. *μισήτη.* Unde corrigendus est Hesychius. Plura habes in Meinek. Com. frg. I p. 202.

γυνή"[14]). Tryphonis interpretationem vocis μισητή Suidas quoque et Photius, cuius verba ex illo supplenda sunt, manifesto adoptaverunt, nisi quod apud Photium pro μισητή ubique μισήτη rescribendum est. Qui error etiam in Poll. VI 189, Et. M. p. 588, 55, Orion. p. 99, 15, schol. Arist. Av. v. 1619 irrepsit; nisi regulam a Tryphone constitutam non in omnium Atticorum usum cadere existimes. Denique Dorum commemoratio haud scio an eundem Sophronem spectet.

5 (11). Ammonius de diff. voc. p. 137: *Τροχοί ὀξυτόνως καὶ τρόχοι βαρυτόνως διαφέρουσι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, φησὶ Τρύφων ἐν δευτέρᾳ περὶ Ἀττικῆς προσῳδίας. τοὺς μὲν γὰρ περιφερεῖς τροχοὺς ὁμοίως ἡμῖν προφέρονται ὀξυτονοῦντες· τρόχους δὲ βαρυτόνως λέγουσι τοὺς δρόμους. ἀναγινώσκομεν γάρ, ὥς φησιν, μὲν ἐν Ἀλόπῃ*[15]) *Εὐριπίδου*

ὁρῶ μὲν ἀνδρῶν τόνδε γυμνάδα στόλον
στείχοντα θεωρὸν ἐκ τρόχων πεπαυμένον.

ἐν δὲ Μηδείᾳ

ἀλλ' οἵδε παῖδες ἐκ τρόχων πεπαυμένοι.

ἀναλογώτερον δὲ τὸ βαρύνειν, τὰ γὰρ εἰς χος δισύλλαβα παρατελεύτου ὄντος τοῦ ο βαρυτονεῖται, οἷον λόχος, ὄχος, βρόχος, κόγχος, κόλχος, μόσχος· οὕτω καὶ τρόχος. καὶ ἔτι τὰ παρὰ ῥήματος εἰς ω βαρύτονα καὶ αὐτὰ βαρυτονεῖται ἰσοσυλλαβοῦντα, οἷον πλέκω πλόκος, σπείρω σπόρος, λέγω λόγος, φέρω φόρος· οὕτω καὶ τρέχω τρόχος.

Ubi verba *ἐν δὲ Μηδείᾳ* et sequens exemplum e cod. ms. addidit Porsonus; cf. ad Eur. Med. v. 45; legitur autem hic versus etiam in Et. M. p. 769, 51. Similis ab Herodiano de vocabulis in *χος* proposita est regula; haec enim Arcadius p. 84, 29: *τὰ εἰς χος δισύλλαβα μὴ ὄντα ἐπιθετικὰ βαρύνεται, κόλχος, βρόγχος, μόσχος, κόγχος*[16]), *τρόχος ὁ τόπος ἐν ᾧ τρέχουσι, τροχός δὲ ὁ κύκλος, βρόχος.* Idem inter *τροχός* et *τρόχος* interesse legimus in Et. M. p. 686, 10; 769, 45, apud Eusthathium in Od. p. 1517, 61, Cyrillum p. 440. Corrigendi inde sunt aliquot grammaticorum loci a librariis fortasse corrupti; nam quae Zonaras habet p. 1741: *τροχός. παρὰ τὸ τρέχειν*

---

14) Quem Archilochi versum esse suspicatus est Meinekius, secutus Bergkius poet. lyr. Gr. p. 498.

15) Valckenarius *ἐν Μεναλίππῃ*, nisi is *ἐν Μελανίππῃ* voluit.

16) Barkerus *κόχλος*.

τροχός, ὡς παρὰ τὸ δραμεῖν δρόμος. λεγεται δὲ καὶ ὁ τροχός δρόμος ex simillimo Etymologici M. p. 769, 45, 50 loco emendanda sunt. Qua de caussa in Galen. expl. voc. Hipp. p. 580 vel in Phavor. lex. p. 1779, 16 *τρόχοι, δρόμοι* et in Phot. lex. p. 608, 2: *τρόχον, δρόμον. Εὐριπίδης Μηδείᾳ· Ἀλλ' οἵδε παῖδες ἐκ τρόχων πεπαυμένοι* scribamus. Ab Hesychio cum recte *τρόχων* explicetur *δρόμων*, tamen in *τροχός. δρόμος* aliquid vitii latere videtur. In Soph. Ant. v. 1052

ἀλλ' εὖ γέ τοι κάτισθι μὴ πολλοὺς ἔτι
τροχοὺς ἁμιλλητῆρας Ἡλίου τελῶν

ad mentem Tryphonis, ut opinabatur, Erfurdtus Valckenarii coniecturam secutus *τρόχους* scripsit, quod alii ac recte quidem improbarunt. Tueare quidem *τρόχος* Leontii Scholastici in Anth. Pal. I p. 482 verbis *μυρία κύκλα ζώειν*, at solum rotae vere *ἁμιλλητῆρες* dicuntur, non curriculum; nam *τροχός* sensu activo accipitur. contra *τρόχος* est *κατὰ τὸ παθητικὸν ὁ τρεχόμενος*, ut legimus in Et. M. p. 769, 54; cf. 686, 9.

6 (12). Ammonius de diff. voc. p. 22: *Ἁρπαγή καὶ ἁρπάγη διαφέρει παρὰ τοῖς παλαιοῖς Ἀττικοῖς, ὥς φησι Τρύφων ἐν τῷ τρίτῳ περὶ Ἀττικῆς προσῳδίας. ἐὰν μὲν ὀξυτόνως προενεγκώμεθα, καθάπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ, τὴν αἰφνίδιον καὶ μετὰ βίας ἀφαίρεσιν δηλώσει· ἐὰν δὲ βαρυτόνως ἁρπάγην, ὡς Ἀνάφην, ἐν ᾗ ἐκ τῶν φρεάτων τοὺς κάδους ἐξαίρουσι. καὶ παρὰ Μενάνδρῳ ἀναγινώσκομεν,*

*ποτήριον, τράπεζαν, ἁρπάγην, * δεύτερον κάδον.*

καὶ ἐν Ἡνιόχῳ,

τὸν δὲ παῖδ' οὐδ' εἴδομεν,
ἀλλ' ἁρπαγὴν αὐτῷ κατασκευάζομεν.

De Menandri versibus vide Mein. Com. frg. IV p. 128, 281. Brevius Tryphonis observatio traditur in Et. Gud. p. 80, 4: *ἁρπαγή καὶ ἁρπάγη διαφέρει. ὀξυτόνως μὲν ἁρπαγή τὴν αἰφνιδίαν καὶ μετὰ βίας ἀφαίρεσιν δηλοῖ. ἁρπάγη δὲ βαρυτόνως ἡ ἐκτὸς τῶν φρεάτων [τοὺς] κάδους ἀφαιροῦσα ἤγουν ἐξαίρουσα.* Neque aliud discrimen factum in Bekk. An. p. 446, 10, ab Arcadio p. 102, 7, Aelio Dionysio apud Eustathium in Il. p. 906, 48 sive Phavor. lex. p. 421, 8, cf. in Od. p. 1390, 52, denique a Cyrillo p. 434. Eranii autem Philonis p. 161 simillima Ammonio verba mutila sunt. Quibus addamus ad *ἁρπάγη* spectantes Pollucem VI, 88, Hesychium v. *ἁρπάγη*, *ἐξαιρέταρ, κρεάγρα*, Et. M. p. 87, 39. Vim vero vocis *ἁρπάγη* nimis artis

a Tryphone circumscriptam esse finibus, docuit Valckenarius anim. ad Ammon. p. 34.

7 (13). Athenaeus II p. 53a: *Τρύφων ἐν Ἀττικῇ προσῳδίᾳ ἀμυγδάλην μὲν τὸν καρπὸν βαρέως, ὃν ἡμεῖς οὐδετέρως ἀμύγδαλον λέγομεν, ἀμυγδαλῆ*[17]) *δὲ τὰ δένδρα κτητικοῦ παρὰ τὸν καρπὸν ὄντος τοῦ χαρακτῆρος καὶ διὰ τοῦτο περισπωμένου.*

Quibus de vocabulis variae fuerunt veterum grammaticorum et discrepantes sententiae. Aristarchus quidem pariter arborem ac fructum ἀμυγδαλή[18]), contra Philoxenus ἀμυγδαλῆ vocavit. Cum Tryphone autem Pamphilus consentiebat, cum Pamphilo ex parte Hesychius et Suidas; cf. Rankium de lex. Hesych. p. 94. Quorum sententiam nunc propositam videmus a Ptolemaeo Ascalonita in Fabric. bibl. Gr. IV p. 516, Ammonio p. 12[19]), quique eodem fonte usus videtur, auctore lexici Augustani ante Zonaram editi a Tittmanno p. XC, Thoma Magistro p. 10, 11 Ritschl, Philemone frg. Flor. p. 291, Ioanne Alexandrino p. 9, 9, Arcadio p. 103, 7; 108, 24, Zonara p. 150, Cyrillo p. 434, Eustathio in Od. p. 1963, 46. Neque a re est, quae Piersonus ad Moeridem Atticistam p. 10 et 47 adnotavit inspicere. Aristarchi vero placitum Lehrsius p. 313 analogia vocabuli ἐλάα utraque notione usurpati tuetur. Quod etsi recte se habet, non negligendum tamen, quod etiam hoc in vocabulo Atticorum distinguendi studium valuit; itaque nonnulli arborem ἐλαίαν, fructum ἐλάαν vocitaverunt, testibus scholiasta Arist. Ran. v. 1019 et Eustathio in Od. p. 1735, 40. Errasse autem Tryphonem ἀμύγδαλον suae aetatis vocabulum Attico ἀμυγδάλη opponentem (nam verba illa ὃν ἡμεῖς οὐδετέρως ἀμύγδαλον λέγομεν a Tryphone profecta sunt) iam ostendit Piersonus ad Moer. Att. p. 10. Verum etiam ἀμύγδαλος pro ἀμυγδάλη dictum legitur apud Lucianum Apol. 5.

8 (14). Eustathius in Od. p. 1698, 28 de ἀσφόδελος et ἀσφοδελός disputans e Tryphone tradit haecce: *Τρύφων, φασί, προκρίνει ὁμοτονεῖν ἄμφω, ἐπεὶ πολλάκις ὁμότονα τοῖς περιέχουσι τὰ περιεχόμενα. σκόροδον γοῦν καὶ ὁ τόπος, ἐν ᾧ τὸ φυτὸν πωλεῖται καὶ αὐτὸ τὸ φυτόν. ὁμοίως καὶ κρόκος ὁ τόπος τε καὶ τὸ ἐν αὐτῷ*

---

17) Ἀμυγδαλᾶς?

18) Cf. Lobeck. Paral. p. 336, not. 19.

19) Habet ergo fortasse Ammonius et alia Tryphonia, quae etiam Göttlingii Accentl. p. 225 de ἀμητός et ἄμητος sententia est.

πεφυκός. Ἀττικοὶ δὲ οὕτω ποιοῦσιν ἐπὶ πολλῶν. Cf. Phavor. lex. p. 305, 32; 421, 25.

Quae haud longo fortasse intervallo ab iis, quae modo de ἀμυγδαλῇ attulimus, dirempta fuerunt. Cum Tryphone solus facit Apollonius Sophista ἀσφόδελον per ἀσφοδελώδη (Od. XI 539) explicans; quibus adversatur ceterorum grammaticorum consensus, quorum agmen ducit Ptolemaeus Ascalonita in Fabr. bibl. Gr. IV p. 516: ἀσφόδελος μὲν προπαροξυτόνως ἡ βοτάνη, ὀξυτόνως δὲ ὁ τόπος. Sequuntur Hesychius s. v. Arcadius p. 55, 3, Ammonius p. 26, Et. Gud. p. 88, 4, Et. M. p. 161, 12, Orio p. 2, 5, Bekk. An. p. 457, 10 et 12, Eustathius in Il. p. 446, 45; 653, 50; 906, 58; 1263, 18, Suidas s. v. Cyrillus p. 434. Unde ita in scholio Od. XI 539 scribas: εἶπε δὲ ἀσφοδελὸν τὸν τόπον τὸν ἔχοντα ἀσφόδελον. Quod discrimen ab Erennio vel Eranio quoque Philone factum esse refert Eustathius in Od. p. 1698, 27; cf. Valcken. praef. ad Ammon. p. XXIII. Optime autem id exemplis a Lobeckio Paral. p. 341 congestis defendas; contra vereor ne Trypho novarum rerum studio ad suam opinionem perductus sit. Quod vero eius firmandae caussa attulit κρόκος, aegre id nunc utraque vi positum invenias; σκόροδον prorsus a re alienum est. Qua de Atticorum eadem voce et rem et locum, ubi venditur, designandi consuetudine audias Pollucem X 19: οἱ Ἀττικοὶ ἀπὸ τῶν πιπρασκομένων καὶ τὰ χωρία ὠνόμαζον, λέγοντες εἰς τοὔψον καὶ εἰς τὰ μύρα καὶ εἰς τὸν χλωρὸν τυρὸν καὶ εἰς τὰ ἀνδράποδα.

9 (15). Ammonius de diff. voc. p. 116: Πόνηρον βαρυτονούμενον, ὡς σόλοικον, καὶ πονηρόν ὀξυτονούμενον, ὡς κυδοιμόν, φασὶ διαφέρειν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς· ὁμοίως μόχθηρον καὶ μοχθηρόν. πονηρός γάρ ἐστιν ὀξυτόνως ὁ κακοήθης, πόνηρος δὲ ὁ ἐπίπονος. Ἀτόπως, φησὶ Τρύφων· καὶ τὰ φαῦλα μόχθηρα λέγομεν. κατὰ δ' ὀξύτητα, φησί, καὶ ἐπ' ἀψύχων. μοχθηρᾶς γέ τοι τέχνης δημιούργημά φαμεν εἶναι. εἰ δὴ ταὐτοῦ πρωτοτύπου κεκοινώνηκεν, ἄμφω ὀφείλει καὶ τῶν αὐτῶν τόνων μετέχειν· * ὅτι ὀξυτονεῖν ἀπαιτεῖ ὁ λόγος βίᾳ ἀνάγκης. πᾶν γὰρ παρώνυμον εἰς ρος λῆγον παρασχηματιζόμενον τοῖς γένεσιν ὀξυτονεῖται· οἷον κάματος καματηρός, ὄλισθος ὀλισθηρός, μέλι μελιτηρός, τόλμα τολμηρός, νόσος νοσηρός· εἰ δὴ πόνος καὶ μόχθος τὰ πρωτότυπα, πονηρός καὶ μοχθηρός ῥητέον ὀξυτόνως. εἰ δ' οἱ Ἀττικοὶ βαρυτονοῦσιν, οὐ θαυμαστόν ἐστι· χαίρουσι γὰρ τῇ βαρύτητι. ἄδελφε γοῦν λέγουσι τὴν πρώτην ὀξυτονοῦντες,

ὡς ἄπελθε, φησὶν ὁ Τρύφων, παρατιθέμενος Φιλήμονα τὸν Αἰξωνέα, ὡς Θεττάλην, ὡς Μυρτάλην καὶ χάριεν, τὴν πρώτην συλλαβὴν ὀξυτονοῦντες· ὥστε οὐκ εἰς διαστολήν, φησί, τοῦ σημαινομένου εὗρον τὴν βαρύτητα, ἀλλ' ὡς ἔθος ἐκπληροῦντες οὕτω προηνέγκαντο.

Recepi Valckenarii coniecturas *ἐπ' ἀψύχων* pro *ἐπ' ἐμψύχων* et *ταὐτοῦ πρωτοτύπου* pro *τὰ τοῦ τύπου*. Tum verba *ὅτι ὀξυτονεῖν ἀπαιτεῖ ὁ λόγος βίᾳ ἀνάγκης* librarii verba insequentia coartantis esse censeo. Verum neque *μοχθηρᾶς γέ τοι τέχνης δημιούργημά φαμεν εἶναι* sana iudico, etsi remedium non est in promptu. Trypho igitur secundum analogiam adiectivorum in *ρος* et *μοχθηρός* et *πονηρός* formata, tum Atticorum more in *μόχθηρος* et *πόνηρος* mutata esse concedens, tamen ita distinguendum esse negat, ut *πονηρός* et *μοχθηρός* sint *κακοήθης*, *πόνηρος* vero et *μόχθηρος ἐπίπονος*; utramque potius notionem et oxytonis et barytonis esse attribuendam. Quae etiam Herodiani in Attica prosodia paene ipsa Tryphonis verba repetentis fuit sententia; nisi Eustathius in Il. p. 341, 14 oculis deceptus, quae huius erant, illi delegavit. Qui haec: *οἱ δ' αὐτοὶ* (sc. *οἱ Ἀττικοί*) *καὶ βδέλυρος λέγουσι καὶ πόνηρος καὶ μόχθηρος ἔξω ἀναλογίας. πᾶν γὰρ εἰς ρος λῆγον παρώνυμον, παρεσχηματισμένον τοῖς γένεσιν, ὀξύτονόν ἐστι καθ' Ἡρωδιανόν. διό, φησίν, εἰ καὶ πόνηρος μὲν καὶ μόχθηρος βαρυτόνως ἐπὶ τῶν ἐπιπόνων καὶ ὑπομενετικῶν, πονηρός δὲ καὶ μοχθηρός ἐπὶ τῶν κατὰ ψυχὴν φαύλων, ἀλλὰ τοῦτο οὐκ εὖ. εἰ γὰρ πόνος καὶ μόχθος τὰ πρωτότυπα, εὐλόγως πονηρός καὶ μοχθηρός τὰ τούτοις παρακείμενα, κἂν διαφόρων ἔχηται σημασιῶν, ἵνα ᾖ ἀνάλογα τῷ κάματος καματηρός, ὄλισθος ὀλισθηρός, βλάβη βλαβερός, κράτος κρατερός.* Quibuscum quadam ex parte faciunt scholiastae Arist. Ran. v. 876 et Lucian. Alex. 16. Neque aliter Hesychius, qui *μοχθηρός* et *πόνηρος*, ac Suidas, qui *πονηρός* et *πόνηρος* per *ἐπίπονος* interpretantur; fortasse his adnumerandus etiam Orio p. 133, 1.

Fuisse tamen qui Tryphonis sententiam impugnarent perspicias ex Ammonio p. 95: *μοχθηρός μόχθηρος καὶ [πονηρός] πόνηρος διαφέρουσι. μοχθηρός μὲν γὰρ ὀξυτόνως ὁ τὰ ἤθη πονηρός. λέγουσι δὲ ἁπλῶς τὰ φαῦλα καὶ μοχθηρά [καὶ] πονηρά. μόχθηρος δὲ ὁ ἐπίπονος, ὡς καὶ πόνηρος.* Ita etiam Arcadius p. 71, 16, cui pro *ἐπίμονον* e codice Havniensi *ἐπίπονον* reddas; qua emendatione etiam Hesychius v. *μονόχθηρος*

sanandus videtur. Similia habent Epim. Hom. p. 372, 29, Et. M. p. 682, 26, Gud. 475, 29, grammaticus apud Hermannum de emend. gramm. p. 327. Apud quem p. 467 tertia forma πονῆρος, quam praeter Eustathium in Od. p. 1967, 33 frustra alibi quaeras, ita a reliquis distinguitur: πόνηρος ὁ ἐπίπονος, ὡς Ὅμηρος. πονῆρος ὁ ἐλέους ἄξιος......[20]). πονηρός ὁ φαῦλος τῷ ἤθει καὶ διαβεβλημένος, ὡς σιγηρός. Est tamen in Cyrilli lexico p. 438 consimilis forma μοχθῆρος.

Nostra exemplaria si inspicimus, recte in universum senserunt, qui notionem una cum accentu immutari censerent, quamquam sunt nonnulla, quibus, si omnia sana, Tryphonis placitum fulciamus. Eiusmodi sunt Aeschyli verba frg. 376 Herm.: ζωῆς πονηρᾶς θάνατος εὐπορώτερος et Thucydidis VII 48, VIII 97: πονηρὰ πράγματα, cum l. VIII 24 idem habeat πόνηρα πράγματα. Item pro πονήρως[21]) habet πονηρῶς Lucianus Tox. 15, 16, 59, quae forma a Polluce IV 14 εὐτελής vocatur.

De ἄδελφε vocativo nusquam idem praeceptum legi. Quantum ad Θεττάλη recte iam Valckenarius laudavit Stephanum Byz. p. 311, 1: τὸ Θεττάλη δρᾶμα Μενάνδρου βαρύνεται παρὰ Ἀττικοῖς, εἰς ἰδιότητα τεθέν. Tum χάριεν etiam ab Apollonio de adv. p. 570, 27 Atticum nominatur; pro adverbio autem iis fuit, testibus Eustathio in Il. 1088, 8; 1276, 38 et Cyrillo p. 440. Quod Herodiani in Attica prosodia fuisse videtur praeceptum; cf. Ioann. Alex. p. 30, 17, Epim. Hom. p. 140, 4, Et. M. p. 358, 54; 807, 15, Et. Gud. p. 199, 34, ubi χάριεν pro χάριτι reponas. Quamquam adiectivi quoque neutrum χάριεν scribitur apud Aristophanem Plut. v. 145.

Denique Philemon ille a Tryphone Aexonensis vocatus idem forte fuit cum Atheniensi Philemone, cuius glossarium Atticum frequenter ab Athenaeo commemoratur.

10 (16). Epim. Hom. p. 55, 16: Ἀγαθόν. Τρύφων οὕτως· τὰ εἰς ος τριγενῆ παραλήγοντα τῷ α καὶ ἔχοντα ἐν τῇ τρίτῃ ἀπὸ τέλους συλλαβῇ α ὀξύνεται· μαδαρός, πλαδαρός, ἀγανός· οὕτως οὖν καὶ ἀγαθός.

Quae subsequuntur, pugnare cum regula ista voces per duplicationem quandam factas, veluti κάρχαρος, μάρμαρος, Γάργαρος, Τάρταρος, βάρβαρος, Herodiani esse suspicere pro-

20) Excidit vocabulum, quo accentus in πονῆρος significaretur.

21) Cf. Lobeck. Phryn. 389.

pter simillima Arcadii p. 70, 14 verba: *τὰ εἰς ρος ὑπερδισύλλαβα παραληγόμενα [τῷ] α συνεσταλμένῳ ἢ ἐκτεταμένῳ, τριγενῆ ὄντα ὀξύνεται, εἰ μὴ δεδιπλασίασται ἐν τῇ ἀρχῇ.* Cf. p. 70, 10.

11 (17). Eustathius in Od. p. 1447, 46; *Ἰστέον ὅτι ἀπορίαν ἔχει, πῶς δήποτε ὁ μὲν ἔμπορος καὶ ὁ μεγαλέμπορος προπαροξύνονται τῆς ὀξείας τοῦ πόρος ἀναστελλομένης ἐν αὐτοῖς, ὥς που φράζει ὁ Τρύφων, ὁ δὲ λογεμπόρος παρὰ τοῖς ὕστερον κατεβίβασε τὸν τόνον εἰς τὴν παραλήγουσαν.* Cf. in Il. p. 463, 40.

Scrupulum quomodo eximam, non habeo; etenim cum praeter *ἔμπορος* et *μεγαλέμπορος* non modo *πεζέμπορος* (Strabo XVI p. 766), *καμηλέμπορος* (p. 781, XVII p. 815), *συνέμπορος* (Oppian. Hal. I 16, Anth. Pal. II p. 147), verum etiam quod proxime ad activam vocis *λογεμπόρος* vim accedit, *ἰχθυέμπορος* (Eust. in Od. p. 1871, 2) dictum esse constet, quae accentum mutandi fuerit caussa, intelligi nequit. Certe nunc *λογέμπορος* habemus apud Artemidorum II 70 et scholiastam Eur. Hipp. 950.

12 (18). Eustathius in Il. p. 1291, 46 posteaquam ex Aelio Dionysio (e libris, opinor, *Ἀττικῶν ὀνομάτων*) ab Aristarcho commendatum esse *δοχμή* adnotavit, ita pergit: *Ἐν μέντοι, φησί* (sc. Aelius Dionysius), *τοῖς ἀκριβεστέροις ἀντιγράφοις ὀξεῖα ἐπίκειται τῇ πρώτῃ συλλαβῇ κατὰ τὸ λόχμη, λόγχη, ὄχθη, ὄγχνη. ἕτερος δέ τις λέγει καὶ αὐτός, ὅτι δόχμη, ὡς ὄχθη καὶ στάθμη κατὰ Τρύφωνα, εἰ καὶ Ἀρίσταρχος ὀξύνειν ἀξιοῖ.* Cf. p. 896, 61.

Pausaniam quoque, lexicographum illum, *δόχμη* habuisse indidem docemur. *Δόχμη* dixit Cratinus, teste Photio lex. p. 531, 5; contra Aristophanes Equ. 318 *δοχμή* praetulit, cf. Et. M. p. 285, 18, Zonar. p. 563, Suid. s. v.; quae scriptura etiam ab Hesychio s. v. servata est. De utriusque accentus analogia consulas Lobeckium Paral. p. 395.

13 (19). Athenaeus IX p. 400a: *Τρύφων φησί, τὸν λαγὼν ἐπ᾽ αἰτιατικῆς ἐν Δαναΐσιν Ἀριστοφάνης ὀξυτόνως καὶ μετὰ τοῦ ν λέγει ‚λύσας ἴσως ἂν τὸν λαγὼν ξυναρπάσειεν ὑμῶν‘ καὶ ἐν Δαιταλεῦσιν ‚ἀπόλωλα· τίλλων τὸν λαγὼν ὀφθήσομαι.‘ Ξενοφῶν δ᾽ ἐν Κυνηγετικῷ χωρὶς τοῦ ν λαγῶ καὶ περισπωμένως. ἐπεὶ τὸ καθ᾽ ἡμᾶς ἐστὶ λαγός. ὥσπερ δὲ ναόν λεγόντων ἡμῶν ἐκεῖνοί φασι νεών καὶ λαόν λεών, οὕτω λαγόν ὀνομαζόντων ἐκεῖνοι λαγών ἐροῦσι. τῇ δὲ τὸν λαγόν ἑνικῇ αἰτιατικῇ ἀκόλουθός ἐστιν ἡ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἀμύκῳ σατυρικῷ*

πληθυντικὴ ὀνομαστική ‚γέρανοι, χελῶναι, γλαῦκες, ἰκτῖνοι, λαγοί.' τῇ δὲ λαγών ἡ διὰ τοῦ ω παραπλησίως προσαγορευομένη λαγῷ παρ' Εὐπόλιδι ἐν Κόλαξιν[22]) ‚ἵνα πάρα μὲν βατίδες καὶ λαγῷ καὶ γυναῖκες εἰλίποδες.' εἰσὶ δ' οἳ καὶ ταῦτ' ἀλόγως κατὰ τὴν τελευτῶσαν συλλαβὴν περισπωμένως προφέρονται. δεῖ δὲ ὀξυτονεῖν τὴν λέξιν, ἐπειδὴ τὰ εἰς ος λήγοντα τῶν ὀνομάτων ὁμότονά ἐστι, κἂν μεταληφθῇ εἰς τὸ ω παρ' Ἀττικοῖς· ναός νεώς, κάλος κάλως. οὕτως δ' ἐχρήσατο τῷ ὀνόματι καὶ Ἐπίχαρμος καὶ Ἡρόδοτος καὶ ὁ τοὺς Εἵλωτας ποιήσας. εἶτά ἐστι τὸ μὲν Ἰακὸν λαγός ‚λαγὸν ταράξας πῖθι τὸν θαλάσσιον,' τὸ δὲ λαγώς Ἀττικόν. λέγουσι δὲ καὶ Ἀττικοὶ λαγός, ὡς ὁ Σοφοκλῆς ‚γέρανοι, κορῶναι, γλαῦκες, ἰκτῖνοι, λαγοί.' τὸ μέντοι ‚ἢ πτῶκα λαγωόν' εἰ μέν ἐστιν Ἰωνικόν, πλεονάζει τὸ ω, εἰ δ' Ἀττικόν, τὸ ο. λαγῷα δὲ λέγεται κρέα.

Eadem brevius expressa habemus apud Eustathium in Il. p. 1271, 1, in Od. p. 1534, 14, particulam vero servatam apud grammaticum Hermanni de em. gr. p. 320. Verum ipsos scriptores inspiciamus. Λαγών adnotavi ex Aristophane Vesp. 1203, ex epigrammate quodam apud Suidam v. λαγώς, ex epitoma Strab. XV p. 706, e Polluce V 68, e proverbio apud eundem V 75. Contra λαγῶ e Xenophontis Cynegetico allatum a Tryphone nunc quoque legimus in c. III 3, 6, IV 4. Videtur autem haec forma fuisse Herodiano et Choerobosco nominativum λαγῶς scribendi caussa, cf. Et. M. p. 635, 40, Bekk. An. p. 1197. Contra Trypho λαγών propter λαγόν efflagitat; quapropter etiam λαγῶ genitivum praetulerit, ut nunc est in Arist. Equ. 909, contra Ioannem Alex. p. 9, 26; 20, 11. Ceterum λαγώ quoque accusativus occurrit in Xen. Cyrop. I 6, 40[23]), Cyneg. VI 8, 10, 16, 17, 23, in Strab. XII p. 536 et epit. l. l.; damnatur tamen, ut soloecus, a Luciano Pseudosoph. 3, cf. schol. l. l. Utramque vero scripturam, et λαγών et λαγώ, laudat Herodianus Philet. p. 439. Λαγός, cuius formae e Sophocle Trypho exemplum adscripsit dixitque usurpatam esse praeterea ab Epicharmo, Herodoto[24]), Helotarum auctore[25]), a reliquis grammaticis aut ad recentiores aetates detrudi solet

23) Ita codex Guelferbytanus teste Schneidero; aliter Zeunius.
24) Herod. I 123, IV 134.
25) Cf. Bernh. Gr. litt. I p. 54.

(cf. Eust. in Od. p. 1453, 3) aut Ionicae dialecto[26]) accenseri; cf. Phryn. ecl. p. 186. Unus Hesychius notionis quoque discrimen quoddam inter λαγώς et λαγός observavit; sed vereor ne solus Amipsiae in Sphendona versus ‚λαγὸν ταράξας πῖθι τὸν θαλάσσιον‘ illi obversatus sit. Homericum autem λαγωός irrepsit in Xen. Cyneg. X, 2 et in nonnullos libros Cyropaediae I 6, 40 atque Athenaei IV p. 141 e. Quae forma utrum e λαγώς an λαγός orta sit, post Tryphonem ambigebat etiam Eustathius in Il. p. 811, 60; 1271, 1, in Od. p. 1534, 18; 1821, 25.

Ad eundem Tryphonis librum fortasse et ea pertinent, quae in Bekk. An. p. 1254 leguntur: οἱ Ἀθηναῖοι ἐπὶ ταύτης τῆς λέξεως (sc. ἡμέρα), καὶ μάλιστα οἱ νεώτεροι, προπαροξύνουσι· πέντε γὰρ ἥμεραι καὶ δέκα ἥμεραί φασι προπαροξυτόνως, ὡς ἀπαγγέλλουσιν οἱ περὶ Ἀττικῆς συνηθείας γράψαντες. At Tryphonem quoque significari certo colligi nequit.

III.
ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΜΟΝΟΣΥΛΛΑΒΟΙΣ ΑΝΑΛΟΓΙΑΣ.

Cum essent inter grammaticos, qui voces monosyllabas ad analogiae normam redigi posse negarent, Trypho eorum opinioni adversatus est, in substantivorum verborumque forma et prosodia aequabilitatem quandam observitari demonstrans[1]). Simile argumentum etiam Philoxenus ἐν τῷ περὶ μονοσυλλάβων vel π. μον. ῥημάτων tractavit. Fragmenta nulla traduntur; recte tamen illuc ex Epimerismis Homericis p. 122, 29 haec referas:

1 (20). Αἱ παρὰ Τρύφωνι εὐθεῖαι δόρ καὶ δοῦρ[2]), ἀφ᾽ οὗ δορός καὶ δουρός, κακίζονται. Quibus simillima sunt verba Herodiani π. μον. λέξ. p. 35, 1: οὐ γάρ, ὥσπερ οἴεται ὁ Τρύφων, εὐθεῖά τίς ἐστι δοῦρ[3]), κωλυούσης καὶ τῆς ἀναλογίας καὶ τῆς χρήσεως τῶν Ἑλλήνων.

26) Erravit igitur Eustathius in Od. p. 1821, 25 λαγώς Ionibus attribuens.

1) Cf. Lersch Sprachphil. II p. 105.

2) Ita scripsi utroque loco pro δούρ eorum memor, quae in codice quodam Mediceo (cf. Bandini II, 315, 4) e Tryphonis περὶ παθῶν λέξεων libello exstant, τὰ γὰρ μονοσύλλαβα περισπᾶται. De nominativo in ουρ ad nomina peregrina reiciendo cf. Lobeckium Paral. p. 76.

3) Ita Lehrsius, codex δουρί.

Eadem ratione passionem genitivorum δορός et δουρός qui enodaverit, inveni neminem. Aliam enim alius viam ingressus est, cum per metathesin e δόρυος (Eust. in Il. p. 149, 20, in Od. p. 1606, 63) aut e δρυός (Et. Gud. p. 151, 41) aut per syncopam e δόρατος (Apoll. de constr. or. IV p. 335) factum opinati sint δουρός. Simulque data occasione Tryphonem de γουνός egisse probabiliter conicias.

Supersunt observationes nonnullae περὶ μονοσυλλάβων inscriptae apud Hermannum de em. gramm. p. 449 n. 126, 127. Possunt haec Tryphonis esse, cuius et alia sine auctoris nomine in illa farragine reperias. Servata sunt fortasse nonnulla apud Apollonium de adv. p. 556, 32; cf. frg. 65.

IV.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΚΛΙΣΕΣΙΝ ΑΝΑΛΟΓΙΑΣ.

Partem huius libri illum περὶ τῆς ἐν εὐθείᾳ ἀναλογίας inscriptum dicemus, quamquam Suidas in unum volumen totam materiam congestam esse testatur. De argumento nihil traditum; non ambigendum tamen, quin Trypho in iis quoque substantivis, quae fere anomala vocitantur, analogiam quandam valere demonstraverit. Commode autem huc referas quae habet

1 (21). Athenaeus VII p. 299a: Ἔγχελυς. οἱ Ἀττικοί, καθώς Τρύφων φησί, τὰς ἑνικὰς χρήσεις ἐπιστάμενοι διὰ τοῦ υ, τὰς πληθυντικὰς οὐκέτι ἀκολούθως ἐπιφέρουσιν. Cf. Eust. in Il. p. 1240, 19.

Locos documenti gratia e comicis repetitos, cum non liqueat, utrum e Tryphone Athenaeus adscripserit, an de suo addiderit, omittere satius duxi. Quibus adiungenda Antiphanis auctoritas apud Athenaeum I p. 27e, Timoclis VI p. 241a, Menandri, IV p. 146e. Accusativum ἐγχέλεα inveni in dithyrambo quodam Philoxeni Leucadii apud Athenaeum IV p. 147a. Recentiores etiam ipsi more Attico ἐγχέλεις scribebant, aut ἐγχέλυες, quod olim Homeri fuerat, aut ἐγχέλυς, cf. Arist. Hist. An. VI 16, VIII 2.

Tryphonis praeceptum et paene verba repetivit grammaticus apud Hermannum de em. gramm. p. 321: τῆς ἐγχέλυος τὰς ἑνικὰς πτώσεις διὰ τοῦ υ προφέροντες Ἀττικοί, τὰς πληθυντικὰς οὐκέτ' ἀκολούθως ἐπάγουσιν. Eadem observavit Aelius Dionysius teste Eustathio in Il. p. 1231, 35.

V.
ΠΕΡΙ ΑΡΘΡΩΝ.

Quem ad librum quin praeter duo, quae se inde deprompsisse profitetur Apollonius, fragmenta etiam alia ab eodem servata pertineant, nolis dubitare; de pronominibus vero quae habet, ne illuc intrudas. Opinatus est quidem Bernhardyus synt. Gr. p. 270 Tryphonem Stoicorum placitis innisum pronomina et ipsa *ἄρθρα* appellasse; at si quid e reliquiis colligere licet, Tryphoni solum praepositivus et postpositivus articuli cogniti fuerunt. Adde quod in Tryphonis *περὶ παθῶν λέξεων* libello § 32 articulo pronomen opponitur. Nemo autem, opinor, definitionis regularum tam immemor erit, ut quoniam Aristarchus pronomina *λέξεις κατὰ πρόσωπα συζύγους*[1]) nominaverit, statim quaecunque de pronominibus e Tryphone tradita habemus, ad librum *περὶ προσώπων* reiciat. Ergo Tryphoni separatos libros *περὶ ἄρθρων*, *περὶ ἀντωνυμιῶν*, *περὶ προσώπων* restituendos censeo.

1 (22). Apollonius de constr. or. I p. 71 de enunciatis, ubi duo ad unum nomen adiectiva referuntur, disputans haec refert de Tryphone: *Ἐξ ὧν καὶ ὁ Τρύφων ἤρξατο τὴν ἐν τοῖς ἄρθροις σύνταξιν παραδιδόναι, τῶν προκατειλεγμένων τρόπων οὐδὲ ἔννοιαν παραθέμενος.*

Ubi manifesto *ἤρξατο* propter praecedens *καὶ* non primum Tryphonem illam articuli tractandi viam ac rationem ingressum, sed quale ei de articuli constructione disceptaturo initium fuerit, significat. Non tamen totius operis hoc fuisse exordium pro certo affirmaverim. Quae neglexisse Trypho dicitur, fortasse sunt illa, quae Apollonius iam inde a p. 62 exposuit.

2 (23). Apollonius de constr. or. I p. 35: *Οὐ συγκαταθείμην ἂν Τρύφωνι ἀποφαινομένῳ ἐν τῷ περὶ ἄρθρων, ὡς τὰ ἀπαρέμφατα ῥήματα πῇ μὲν ὀνόματά ἐστι τῶν ῥημάτων, ὅτε καὶ ὡς ὀνόματα ἄρθρα προσλαμβάνει ‚τῷ περιπατεῖν ἥδομαι, τοῦ περιπατεῖν πρόνοιαν ἔχω', καὶ ἔτι ἐπ' εὐθείας ‚τὸ περιπατεῖν ἀνιαρόν ἐστι'· χωρὶς μέντοι ἄρθρου λεγόμενα ῥήματα ἂν εἴη ‚περιπατεῖν θέλω ἤ περ ἑστάναι.'*

Contra Apollonius infinitivum, sive addas articulum sive omittas, verbi substantivum esse ponit. Etenim si quis propriam cuiusque modi verbalis vim ac notionem ipsam quoque

---

1) Cf. Apoll. de pron. p. 1 c; de constr. or. II p. 105.

verbo aliquo reddat, qui fuerit ante modus, ad infinitivum tamquam generale quoddam substantivum relabi; cf. p. 36, 39, III p. 207, 230, Macrobius de diff. et soc. Gr. Lat. q. verbi p. 740 Zeune. Praeterea quoniam infinitivus, etiamsi articulo careat, et pro nominativo et pro accusativo ponatur, substantivi eum loco esse; cf. p. 37, de adv. p. 539, 22. Tryphonis sententiam respicit Apollonius p. 37.

3 (24). Apollonius de constr. or. IV p. 301: *Οὐ παραδεκτέος ἐκεῖνος ὁ λόγος, ὁ εἰρημένος ἐν τῷ περὶ ἄρθρων Τρύφωνος, ὡς τὰ ὑποτακτικά ποτε ἄρθρα προτακτικὰ γίνεται ἐν τῷ ‚ὃς ἂν ἔλθῃ μεινάτω με.‘* [2])

At, inquit Apollonius, non solum casus, ad quem articulus ille pertineat, sequitur nullus, verum etiam ipse ad praecedens aliquod vocabulum refertur; tantumque abest, ut articuli vices sustineat, ut ipse definitione aliqua indigeat. Cf. de adv. p. 532, 1.

4 (25). Apollonius de constr. or. I p. 88: *Τρύφων φησὶ προτάττεσθαι καὶ τῶν ἄλλων πλαγίων τὸ ἄρθρον τὸ ὁ, μετοχῆς ἐπιφερομένης καὶ τῆς οὗτος ἀντωνυμίας μετὰ ῥήματος τοῦ ἔστιν ‚ὁ τὸν ἄνθρωπον ὑβρίσας οὗτός ἐστιν.‘*

Etsi recte Tryphonem hac de re sensisse nemo non videt, rectius tamen Apollonius latius hanc regulam patere dicens, cum pro *οὗτος* quemlibet nominativum, pro *ἐστίν* aliquod aut idem significans aut appellandi verbum usurpari liceat.

5 (26). Apollonius de constr. or. I p. 51 de *ὦ*, vocativi signo, e Tryphone affert haecce: *Ὁ Τρύφων ἐκ τῶν παρεπομένων τῇ φωνῇ, ὡς ἔστι κατὰ πολὺ ἀφεστῶσα τῆς ἀκολουθίας τῶν ἄρθρων, περιγράφει τὸ μόριον τῆς τούτων ἰδέας, ἀλλὰ καὶ ἔτι διὰ τῆς ἐννοίας, ἐν οἷς τὰ μὲν ἄλλα ἄρθρα τὴν ἐν τρίτοις προσώποις σύνταξιν ἀνεδέχετο, τὸ δὲ ὦ τὴν ἐν δευτέροις. ἅ περ πάλιν ἀνασκευάζει εἰς τὸ κοινὸν τῆς δόξης προαγόμενος. καὶ πρὸς μὲν τὸν ἀπὸ τῆς φωνῆς λόγον φησὶ μὴ δεῖν τὰ ἄρθρα ἐν ἀκολουθίᾳ εἶναι, καθότι καὶ ἄλλα πολλὰ ἀνακόλουθα κατὰ πτώσεις καὶ τὰ συνόντα γένη· οὐκ εὔλογόν τε ἡγεῖται μιᾷ φωνῇ κεκλίνθαι τῶν ἄρθρων, ἵνα μὴ ἐν μιᾷ λέξει μέρος λόγου καταχωρίζηται. πρὸς δὲ τὸν ἀπὸ τῆς ἐννοίας λόγον, ὡς*

2) Aliter Choeroboscus in Bekk. An. p. 1362: *ὃς ἂν ἔλθῃ μεινάτω με· ἔστιν ὄνομα ἀόριστον, ἰσοδυναμοῦν τῷ τίς, ὑποτακτικῷ ἄρθρῳ ὁμοφωνοῦν.*

οὐκ ἐν τρίτῳ προσώπῳ καταγίνεται τὸ ὦ, ἐκεῖνό φησιν, ὡς οὐδὲ ἡ κλητικὴ ὄνομα εἴη, ἐπειδὴ πρὸς δεύτερον πρόσωπον, τῶν ἄλλων πτώσεων τὴν ἐν τρίτοις προσώποις σύνταξιν ποιουμένων. καὶ εἰ ἀπεμφαῖνον τὸ τὴν κλητικὴν ὄνομα μὴ παραδέχεσθαι, ἀπεμφαῖνον ἄρα καὶ τὸ τῆς κλητικῆς ἄρθρον μὴ φάναι ἄρθρον, ὅτι σύνταξιν τὴν πρὸς τὸ δεύτερον πρόσωπον ποιεῖται.

Haec e Tryphone attulit Apollonius, verane sit multorum opinio etiam vocativos cum articulis coniungi disquirens; cf. p. 51. Qua de re diverso Tryphonem iudicio usum videmus. Nam cum primo propter formam nimis a ceteris abhorrentem, et quod *ὦ* secundam, articulus tertiam significaret personam, *ὦ* articuli vocativum esse negasset, tum ad vulgarem et protritam sententiam perductus non omnes articuli formas secundum regulam fingendos esse iudicavit, id quod nec alibi semper fieret. Praeterea cum substantivum casu vocativo positum, quia secundam spectaret personam, substantivum esse nemo infitiaretur, neque *ὦ* ideo a ceteris articuli formis seiungendum esse. Ad quae etiam ea pertinent, quae legimus p. 53: *φησὶν ὁ Τρύφων, καθότι ἡ κλητικὴ ὄνομα, κἂν δεύτερον πρόσωπον ᾖ, καὶ τὸ ὦ ἄρθρον ἐστὶ συνοδεῦον τῇ συνηρτημένῃ κλητικῇ.* Quomodo haec Apollonius refutaverit, discas e p. 52—54; qui *ὦ* ad adverbia reicit p. 58, de pron. p. 26a; cf. Priscian. XIII 17, Bekk. An. p. 903, 3; 904, 4. Moschop. Opusc. p. 39. Eadem fuit Herodiani sententia, cf. Ioann. Alex. p. 22, 30.

6 (27). Apollonius de constr. or. I p. 57: *Πρὸς τὴν συνέμπτωσιν τῶν γενῶν, φησὶ Τρύφων, μηδὲ τὸ τῶν ἄρθρον χρὴ παραδέχεσθαι, ὅτι τριγενές· εἰ δὲ τὸ τῶν ἄρθρον, καὶ τὸ ὦ ἄρθρον, τὴν αὐτὴν συνέμπτωσιν παραδεξάμενον.*

Quae manifesto ex eadem quaestione Apollonius repetivit. Verissime autem idem contra dicit, *τῶν* servare adiectivorum analogiam, quae et ipsa in genitivo pluralis numeri discrimine generum destituta essent, *ὦ* non item.

VI.

ΠΕΡΙ ΑΝΤΩΝΥΜΙΩΝ.

Quibus de caussis iis, quae Trypho de pronominibus conscripsit, hunc titulum reddendum ducam, p. 24 exposui. Unum est, quod addendum esse videatur. Disiunxit enim *πρωτοτύ-*

πους, ad quos pronomina personalia retulit, a derivatis, quae cum alia tum possessiva continent.

1 (28). Apollonius de pron. p. 19b: *Χρὴ καλεῖν, καθάπερ καὶ ὁ Τρύφων, πρωτοτύπους τήν τε ἐγώ καὶ τὰς ὑπολοίπους, ὅτι οὐκ ἀπ᾽ ἄλλων· παραγώγους δὲ καὶ κτητικὰς τὴν ἡμέτερος καὶ νωίτερος, ὅτι ἀπὸ τῶν πρωτοτύπων τὴν γένεσιν ἔχουσι κτῆσίν τε δηλοῦσιν, ἀπὸ γενικῶν παραγόμεναι καὶ εἰς γενικὴν μεταλαμβανόμεναι, καθάπερ καὶ τὰ κτητικὰ τῶν ὀνομάτων.*

Eodem iudicio usus est Apollonius de pron. p. 2a, Dionysius Thrax p. 641, 2; cf. schol. p. 908.

2 (29). Apollonius de pron. p. 64b: *Βοιωτοί ἱών, ὡς Τρύφων φησίν, ὑφέσει εὐλόγῳ τοῦ γ, ἵνα καὶ τὰ τῆς μεταθέσεως τοῦ ε εἰς ι γένηται, ἐπεὶ φωνήεντος ἐπιφερομένου τὸ τοιοῦτον παρακολουθεῖ.*

Spiritus asperi caussam a Tryphone non explicatam esse sequentia indicant; quem prolatum esse duo docent Corinnae fragmenta ab Apollonio apposita. Etenim Boeoti non pariter atque aliae gentes Aeolicae spiritum illum aspernabantur; cf. Ahrentem dial. Aeol. p. 168. Videtur tamen non minus bonum fuisse *ἰών* et *ἰώνγα*, quae Boeotis in Et. M. p. 315, 17 tribuuntur, et *ἰώγα*, quod habent Aristophanes Ach. 898 et Hesychius s. v. Expulsum quidem *γ* haud raro est, ut apud Tarentinos in *ὀλίος* (cf. Herodian. *π. μον. λέξ.* p. 19, 26), tum in *Φιαλεῖς* et *Φιαλία* (cf. Polyb. IV 79, 80) alibi, verumtamen eiecto eo *ε* in *ι* mutari nullum mihi exemplum in promptu est.

3 (30). Apollonius de pron. p. 82c: *Ὁλοκληροτέραν ἄν τις αὐτὴν* (sc. *ἐμέο*) *ὑπολάβοι τῆς ἐμεῖο καὶ σεῖο, καθὸ οἱ πεζολόγοι τῇ μὲν διὰ τοῦ ι οὐκ ἐχρήσαντο, τῇ δὲ διὰ τοῦ ε· καίτοι τῶν περὶ Τρύφωνα οὐκ ἀπιθάνοις λόγοις προσκεχρημένων ὑπὲρ τοῦ τὴν ἐμεῖο ἐντελεστέραν εἶναι· εἰ γὰρ ἀπὸ τῶν εἰς φωνῆεν ληγουσῶν γενικῶν μείζονες γινόμεναι ἢ κατὰ τὸ τέλος μεγεθύνονται ἢ κατὰ τὴν παραλήγουσαν, οὐδέποτε δὲ ἐν ἀμφοτέροις βραχύνονται, Ἀτρείδαο Ἀτρείδεω, Πριάμοιο καὶ καὶ ἔτι ἐπ᾽ ἀντωνυμιῶν, ἐμοῖο, σοῖο, πῶς οὐχὶ κατὰ τόνδε τὸν λόγον ἡ ἐμέο καὶ σέο ἐλλείπουσι τῷ ι, ἀπὸ τῆς ἐμοῦ καὶ σοῦ αὐξηθεῖσαι;*

Voces *οἱ περὶ Τρύφωνα* nihil nisi ipsum Tryphonem significare cum aliunde tum e Lehrsio quaest. epic. p. 28 not. perdiscas. *Ἐμέο* cum prosae orationis scriptoribus tritum sit,

Apollonius integrius ἐμέο esse, quam ἐμεῖο iudicavit; contraria fuit Tryphonis sententia etiam in libro περὶ παθῶν λέξεων § 16 repetita. Quam eodem argumento firmatam reperias apud Eustathium in Il. p. 13, 9 et Zonaram p. 627, nisi quod huic ex Et. M. p. 331, 41 δίφωνον μακρὸν ἢ βραχύ aut ex Epim. Hom. p. 157, 2 δύο φωνήεντα μακρὰ ἢ βραχέα reddendum est. Ἐμεῖο ex ἐμέο ortum esse legimus in Apoll. de pron. p. 48a, Et. Gud. p. 183, 52, Et. M. p. 334, 27, Cram. An. Ox. I p. 143, 20, II p. 202, 12, Par. III 338, 2.

4 (31). Apollonius de pron. p. 114b: *Τρύφων συγκατατιθέμενος τῷ Ἰξίωνί φησι τὴν σφέ ἀντωνυμίαν κατ' ἐπένθεσιν τοῦ ω δυικὴν γενέσθαι τῆς αὐτῆς πτώσεως, καὶ ἔτι τὴν σφίν, ὡς τοῦ ω πτωτικοῦ ὄντος δυικῶν.*

Tryphonis sententiam nemo recepit, explosit Apollonius. Qui nullam subesse caussam existimavit, cur non item primae secundaeque personarum pronomina formata, σφέας et σφίσιν similiter amplificata essent. Denique et casuum rationem et ν[1]) illud finale obstare, quominus Tryphonis praeceptum probaretur. Quo in Apollonii iudicio etsi acquiescendum esse nemo non intelligit, permirum tamen videtur, quod qui totiens pronomina ad analogiam redigenda esse negaverit, hac tamen in quaestione eam efflagitavit. Rectius vero numerorum signa semper in vocum fine inesse dixisset.

5 (32). Apollonius de pron. p. 77c de enclisi pronominis αὐτός in Il. XII 204 disserens, e Tryphone tradit haecce: *Τρύφων παρῄνει καὶ ταύτην ὀρθοτονεῖν, καθὸ αἱ τριγενεῖς τῶν ἀντωνυμιῶν μόνως ὀρθοτονοῦνται, αἱ δὲ ἐγκλινόμεναι οὔποτε γένους ἐμφατικαὶ διὰ τῆς φωνῆς, καὶ καθὸ αἱ κατὰ γενικὴν καὶ δοτικὴν μὴ ἐγκλιθεῖσαι οὐδὲ κατ' αἰτιατικήν· οὔτε δὲ ἡ αὐτοῦ οὔτε ἡ αὐτῷ ἐγκλίνονται, οὐκ ἄρα οὐδὲ ἡ αἰτιατική. ἔτι αἱ ἐγκλινόμεναι καὶ ὀρθοτονούμεναι κατὰ τὸ τρίτον, ἡνίκα ὀρθοτονοῦνται, πάντως καὶ ἀντανακλῶνται, ἡ δὲ αὐτόν οὐκέτι.*

Apollonius variis de caussis, quae tamen posse enclisim admitti, non admittendam esse efficiunt, p. 78a—79a contra dicit; idem enclisim commendat p. 33a, 41c, 45c, 47c, de constr. or. II p. 140. Id quod etiam Herodianum in prosodia Iliaca et Ioannem Characem fecisse e scholio Ven. Il. XII 204 et Bekk. An. p. 1153 cognoscimus. Inter nostrae aetatis viros

---

1) Apollonio p. 114c σφωίν pro σφῶιν restituas.

doctos Godofredo Hermanno accusativi αὐτόν ratio non minus in reliquis et singularis et pluralis numeri casibus, exceptis tamen nominativis, obtinere quondam videbatur, cf. de emend. gramm. p. 83; tum mutata sententia aut accentum in αὐτόν retinendum aut etiam alibi apud Homerum, non modo in αὐτόν, verum etiam in αὐτό et αὐτά grammaticorum placitum adhibendum esse censuit. Praetulit autem prorsus ex Homero saltem encliticum αὐτός delere, cf. Opusc. I p. 330. Contra tuetur illud Lehrsius quaest. ep. p. 124; cuius in sententiam ire praestet, cum si a Tryphone discesseris, inter omnes de enclisi constitisse videatur, tametsi caussam exploraturi in diversas partes abierunt.

6 (33). Apollonius de constr. or. II p. 170: Ἀκολούθως ῥητέον καὶ περὶ τῆς ἐμαυτοῦ, ἣ καὶ συντεθεῖσα, καθώς φησι Τρύφων, τὴν αὐτὴν ἔχει ἀκολουθίαν, ἐκ κτητικῆς συντεθεῖσα καὶ πρωτοτύπου. τὴν γὰρ ἀπαράδεκτον τοῦ ἄρθρου οἴεται ἐκ πρωτοτύπου συντεθεῖσθαι ‚ἐμαυτοῦ ἀκούω, σαυτοῦ φείδῃ‘, τὴν δὲ ἐν προσλήψει τοῦ ἄρθρου ἐκ συνάρθρου τῆς ἐμοῦ ‚τοῦ ἐμαυτοῦ φίλου ἤκουσα, τοῦ ἐμαυτοῦ οἴκου δεσπόζω.‘ Similiter Apollonius de pron. p. 86c: Οὐδὲ συγκαταθετέον Τρύφωνι φάσκοντι, ἐν οἷς ἄρθρον προσλαμβάνει ἡ γενικὴ καὶ ἐν οἷς κτῆμα σημαίνει, ἐν τούτοις ὁμόλογος ἡ σύνθεσίς ἐστιν ὡς ἐκ τῆς ἐμοῦ κτητικῆς τὴν[2]) σύνθεσιν ἐποιήσατο· ἐν οἷς δ' οὐκέτι, ἀπὸ τῆς ἐμοῦ, ἥ τις πρωτότυπός ἐστιν.

Deceptum esse Tryphonem exemplis, ubi articulus et pronomen eodem casu positi congruebant, iam vidit Apollonius.

7 (34). Apollonius de constr. or. II p. 180: Ἔστι γε μὴν οὐχ ὅμοιον (sc. ἀλλήλων) τῇ ἀντωνυμικῇ συνθέσει. ἡ μὲν γὰρ τὴν αὐτοπάθειαν σημαίνει ‚ἑαυτοὺς ἔτυψαν‘, ἡ δὲ τὴν ἐκ προσώπων πρὸς ἕτερα πρόσωπα μετάβασιν· τὸ γάρ ‚ἀλλήλους τρώσητε‘ οὐ ταὐτόν ἐστι τῷ ‚ἑαυτοὺς τρώσητε‘, ὥσπερ καὶ τὸ Πινδαρικὸν οἱ περὶ Τρύφωνα ἐσημειοῦντο ἐπί τε τοῦ Ὤτου καὶ τοῦ Ἐφιάλτου, συγκαταπιθέμενοι μὲν τῷ ‚ἀλλαλοφόνους ἐπάξαντο λόγχας,‘ οὐ μὴν τῷ ‚ἐνὶ σφίσιν αὐτοῖς‘· οὐ γὰρ ἑαυτοῖς τὰ δόρατα ἐνῆκαν, ἀλλ' ἀλλήλοις.

De Pindari loco vide Boeckhium II 2 p. 635. Ἑαυτούς pro ἀλλήλους non poetae solum, verum etiam prosae orationis scriptores interdum usurparunt. Cuius rei exempla habes in Aesch.

---

2) Cod. τῆς.

Pers. 407, Soph. Ant. 145, Xen. Cyrop. VI 4, 14, Memorab. II 6, 20; 7, 12, III 5, 2, 16, Cyneg. VI 15, tum in locis a Bernhardyo synt. Gr. p. 273 et Meinekio ad Menandrum p. 276 allatis. Erravit ergo quadam ex parte Eustathius in Od. p. 1547, 25 *οὐ ταὐτόν, ἀλλήλοις εἰπεῖν καὶ ἑαυτοῖς* scribens. Contra *ἀλλήλων* pro *ἑαυτῶν* dictum esse recte Trypho et Apollonius negarunt; neque nunc exemplum ullum invenias, quamquam Euripidi et Thucydidi (II 70, III 81) hoc dicendi genus in Bekk. An. p. 378, schol. Thuc. III 81, a Philemone p. 19, Suida v. *ἀλλήλων* inculcatur.

8 (35). Apollonius de pron. p. 102a: *Τό ‚αὐτόν*[3]) *μιν πληγῇσιν‘ δασυνόμενον τρεῖς ἀντωνυμίας παραλήψεται· διὸ καὶ ὁ Πινδαρίων διὰ τοῦ ε*[4]) *ἔγραφεν, ὅ τε Ἰξίων ἀξιοῖ, ὥστε ἀντὶ τῆς ἕ τὴν μίν παρειλῆφθαι.* * *ὅπερ βέλτιον ἐπὶ τῶν τοιούτων παρέλκεσθαι τὴν μίν ὁμοίως τῷ ‚ἠέ μιν αὐτόν‘ · ‚κὰδ δέ μιν αὐτὸν εἰλύσω ψαμάθοισιν‘ ἤ, ὡς Τρύφων φησίν, ὅμοιον εἶναι τῷ ‚σφέας αὐτούς, αὐτοὶ αὐτοὺς καὶ αὐτὸς αὐτόν‘.*

Duplicem igitur Trypho lectionem *αὐτός μιν* et *αὐτόν μιν* vel *αὑτόν μιν* interpretatus esse videtur. Quod Apollonius opponit, propter accentus differentiam non posse *αὑτόν μιν* cum *σφέας αὐτούς* comparari, non admodum grave id esse apparet. Alio iudicio idem usus est de *μίν αὐτόν* p. 47a: *δειχθήσεται, ὡς πολλάκις ὑπὸ ποιητικῆς ἀδείας παρέλκεται ἡ αὐτός*, qui pleonasmus admitti potuit, cum nulla in *μίν* generum compareat distinctio. De *αὐτόν μιν*, quod Ptolemaeus Ascalonita commendaverat, vide Apollonium de pron. p. 101b, de constr. or. II p. 145.

9 (36). Apollonius de pron. p. 70c: *Καλοῦνται οἱ αὐθιγενεῖς παρὰ Ῥοδίοις*[5]) *ἴγνητες, τῆς δασείας Ἀττικῶς προσελθούσης. Τρύφων φησὶ τὸν ἴον ἐγκεῖσθαι, ἀφ' οὗ θηλυκὸν τὸ ἴα, ἀφ' οὗ τὸ οἷος κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ο. καὶ εἰ τὸ αὐτός εἰς τὸ μόνος μεταλαμβάνεται,*

Τυδείδης αὐτός περ ἐὼν προμάχοισιν,

εὔλογον καὶ τὸ μόνος εἰς τὸ αὐτός. κα[ὶ το]ῦτο δέ φησι, καθὸ

---

3) Cod. *αὐτός*. At *αὐτόν*, si quid video, sequentia efflagitant; cf. Od. IV 244.

4) *Διὰ τοῦ ψιλοῦ ἔγραφεν?*

5) Cod. *δωδίοις*. Correxit Is. Vossius; cf. Bekk. An. p. 1188, Hesych. s. v.

οὐδεμία ἀντωνυμία συντίθεται μετ' ἄλλου μέρους λόγου ἢ ἡ αὐτός. ἀλλ' εἰ ἡ αὐτὸς συντίθεται, οὐκ ἀπεμφαῖνον καὶ τὴν ἰσοδυναμοῦσαν τῇ αὐτός συντίθεσθαι. δῆλον γὰρ ὡς ἡ μετὰ δασέος βραχεῖα ἐκφορὰ τοῦ ι ἐλλιπῇ αὐτὴν κατέστησε κατὰ τὴν χρῆσιν.

Quoniam, inquit Trypho, *ἴος* idem quod *οἶος*, *αὐτός* autem haud raro pro *μόνος* ponitur, etiam *μόνος* sive *οἶος* interdum pro *αὐτός* erit. Hinc *ἴγνητες* sunt *αὐθιγενεῖς*. *Οἶος* ab *ἴος* etiam alii, fortasse Tryphonis ducti auctoritate, derivarunt; vide sis Zonar. p. 1431, Et. M. p. 618, 42. Quam Tryphonis opinionem ex eodem[6]) vocalium *οι* et *ι* sono originem traxisse ne censeas, siquidem Herodiani aetate solum *ει* et *ι* commutatas esse manifestis testimoniis efficitur; cf. Wettin de Herodiano grammatico p. 11. Contra fuerunt, qui in *ἴγνητες* pronomen *ἵ* pro *αὐτός* latere censerent, quae explicandi ratio fortasse ex Apollonii l. l. in Et. M. p. 465, 1 transiit. Aliter Stephanus Byz. p. 209, 18: *Γνής, ἔθνος οἰκῆσαν τὴν Ῥόδον. ἔνθεν καὶ ἴγνητες οἱ ἰθαγενεῖς. λέγεται γὰρ καὶ μετὰ τοῦ ι ἴγνητες.* Verum haud scio an Lobeckius Paral. p. 308 not. viderit *ἴγνης* per *ἐγγενής* interpretans.

10 (37). Apollonius de pron. p. 76 c: *Οὐ πιθανὸν καὶ τουδεῖνος, ὡς σωλῆνος, προφέρεσθαι, ὥς φησι Τρύφων, ἵνα μὴ διτονήσῃ ἡ λέξις, δύο κλίσεων γινομένων.*

Itaque Trypho *τοῦ δεῖνος* commendavit, contra nihil impedit, quominus eum *ὁδεῖνα* et *οἱδεῖνες* admisisse existimemus. Apollonii verba nimirum et Zonaras p. 1424 et auctor Etymologici M. p. 614, 46 et Choeroboscus in Cram. An. Ox. II p. 246, 7 secuti sunt.

VII.

ΠΕΡΙ ΠΡΟΣΩΠΩΝ.

Cum in verborum solum pronominumque formis personarum distinctio expressa sit, haec procul dubio Tryphoni disputandi materiam praebuerunt. Reliqua incerta. Nihil enim

---

6) Similem aut eundem apud Aeoles et Iones fuisse diphthongi *οι* et vocalis *υ* sonum satis superque docent haud levia testimonia; cf. Corp. I. n. 1569, Bekk. An. p. 1292. Eadem fortasse ratio iam Homeri aetate inter *κοινός* et *ξυνός* intercessit.

praeter unum fragmentum servatum habemus, quod est apud Apollonium de constr. or. III p. 214:

1 (38). *Δῆλον ὅτι διὰ τὴν τοιαύτην συνέμπτωσιν Τρύφων ἐν τῷ περὶ προσώπων αἴτιος ἀφορμῆς ἐγένετο τοῖς ἐθέλουσι πρὸς αὐτὸν ἀντιλέγειν, οὐ παραδεξάμενος τὴν συνέμπτωσιν τῆς εὐθείας καὶ τῆς κλητικῆς ἐπὶ τῆς σύ ἀντωνυμίας. φησὶ γὰρ μόνης εἶναι κλητικῆς διὰ σύνταξιν τὴν πρὸς τὸ δεύτερον πρόσωπον τῶν ῥημάτων· ὡς γάρ φαμεν ,Ἀρίσταρχε γράφε' καὶ ἔτι ἐπὶ ὁριστικῆς προφορᾶς ,Ἀρίσταρχε ἀναγινώσκεις' ἢ καὶ κατ' ἐπερώτησιν, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ τό ,σὺ γράφε ἢ σὺ γράφεις' τὴν κλητικὴν ὁμολογεῖ. κἀκεῖνο δὲ παρατίθεται, ὡς ἡ μὲν εὐθεῖα ἐν τρίτῳ προσώπῳ νοεῖται, ἥ γε μὴν κλητικὴ ἐν δευτέρῳ, οὗ ἐστὶ καὶ ἡ σύ· καὶ δῆλον ὅτι κατὰ τὸν λόγον τῆς κλητικῆς. πιστοῦταί τε πρὸς τοὺς ζητήσαντας, πῶς ἂν συσταίη κλητικὴ εὐθείας μὴ οὔσης, τὸ καὶ εὐθείας γε μὴν οὔσης μὴ ὑπάρχειν κλητικὴν ἐπὶ τῆς ἐκεῖνος καὶ ἐπὶ τῆς αὐτός καὶ ἐπὶ τῶν οὐ δυναμένων κλητικὴν ἐπιδέξασθαι.* Eadem apud Apollonium de pron. p. 65a: *Τρύφων φησὶ μηδ' ὅλως εὐθείας εἶναι τὴν σύ, κλητικῆς δὲ μόνον, ἐν οἷς αἱ μὲν εὐθεῖαι τὸν περί τινος λόγον ἀναδέχονται, αἱ δὲ κλητικαὶ τὸν πρός τινα, ὅνπερ ἡ σύ ἀναδέχεται. ἔτι ὃν τρόπον ἡ ἐκεῖνος οὐκ ἔχει κλητικήν, διότι ἐν ἀποστήματί ἐστι, τῆς κλητικῆς κλῆσιν ἐπαγγελλομένης τοῦ πέλας, οὕτως οὐδὲ ἡ σύ εὐθείας, ἐπεὶ τὰ ἐναντία ἀνεδέξατο. αἱ κλητικαὶ δευτέροις προσώποις συντάσσονται ,Ἕκτορ ἦλθες, Σώκρατες διελέξω.' τοιοῦτον οὖν καὶ τό ,σὺ λέγε' καί ,σὺ σκάπτε'. οὐκ ἐπειδὴ*[7]*) εὐθείᾳ συντάσσεται ἐν τῷ ,σὺ ὁ λέγων', πάντως καὶ εὐθείας· ἰδοὺ γὰρ καὶ ἐπὶ ὀνομάτων ,Ἀρίσταρχε αὐτὸς γέγραφας'. οὐ πάσης πτώσεως εὐθεῖα, τοῦ ἀλλήλους, τοῦ ἐμαυτοῦ, ὥστε καὶ τῆς σύ οὔσης κλητικῆς οὐ πάντως εὐθεῖα ἐπιζητηθήσεται.*

Quod Tryphonis placitum Apollonius cum aliis tum hoc gravissimo impugnat argumento, quia si *σύ* nihil nisi vocativus esset, quoniam secundam personam significaret, non minus id etiam in *σοῦ*, *σοί*, *σέ* etc. caderet, cf. de pron. p. 67c, 68a. Apollonium *σύ* et nominativum et vocativnm esse statuentem sequitur Priscianus XIII, 1, XVII 25.

---

7) Cod. ἐπεὶ δὲ.

VIII.

ΠΕΡΙ ΜΕΤΟΧΗΣ.[1])

Etiamsi a Tryphone de participio librum compositum esse nusquam traditum habemus, videtur tamen ab eo pariter atque ab Apollonio et Herodiano peculiari haec res commentario illustrata esse. Haec enim Priscianus XI 1:

1 (39). Qui tertio loco participium posuerunt, rectius fecisse videntur. Cum enim nomen et verbum primum et secundum tenuerunt locum, participium, quod ex utroque nascitur, sequentem iure exigit. Quaesitum est tamen, an bene separaverint id ab aliis partibus grammatici. Et primus Trypho, quem Apollonius quoque sequitur, maximus auctor artis grammaticae.

Errasse Priscianum suspicatus est Lerschius Sprachphil. II p. 61, cum iam Aristarchus participium ab aliis orationis partibus segregasse videatur, Dionysius Thrax, eius discipulus, manifesto segregaverit. Cui ut de Aristarcho concedo, ita Tryphonem post Varronem detrudere nolim. Fortasse igitur Priscianus primum a Tryphone participii disciplinam separatim tractatam esse, licet minus clare, significare voluit. Quae autem ille de participii facta disiunctione tradit, recte ea se habere e libello *περὶ παθῶν λέξεων* § 12, 31 consequitur. Quatenus Apollonius Tryphone duce usus sit, omnibus testimoniis destitutus nulló pacto diiudices; tametsi Apollonius qua ratione rem gesserit, ipse de constr. or. I p. 21, adumbrasse videtur.

IX.

ΠΕΡΙ ΠΡΟΘΕΣΕΩΝ.

Quo libro haud dubie Trypho singularum praepositionum cum casibus coniunctionem, propriam earum vim ac notionem,

1) Qui liber *περὶ μετοχῆς* an *περὶ μετοχῶν* inscriptus fuerit, obscurum; haud raro enim hac in re grammatici fluctuant. Ita Apollonius ipse quem de constr. or. I p. 21 vocaverat librum *περὶ μετοχῆς*, eundem de constr. or. IV p. 324, de adv. p. 554, 25 *περὶ μετοχῶν* nominat. Pro *περὶ ἀντωνυμιῶν* (de coni. p. 491, 12) nunc in ipsius libri fronte *περὶ ἀντωνυμίας* habemus. Praeterea laudatur Apollonius *περὶ προθέσεων* in Et. Gud. p. 200, 55, *περὶ προθέσεως* p. 66, 32, schol.

tum si et ex uno, quod superat, et iis, quae de Apollonii περὶ προθέσεων tractatu habemus, fragmentis [1]) aliquid divinare licet, de praepositionibus cum aliis vocibus compositis et de anastropha exposuit. Servata sunt autem solum haecce apud Apollonium de constr. or. IV p. 317:

1 (40). Οὐκ ἐκεῖνο πιθανόν, καθό φησιν ὁ Τρύφων ἐν τῷ περὶ προθέσεων, ὡς ἡνωμέναι μέν εἰσιν αἱ προθέσεις μετὰ τῶν ῥημάτων, οὐ μὴν τὴν προσγινομένην κλίσιν ἔξωθεν ἐπιδέχονται, καθὸ προθέσεις οὖσαι οὐκ ὀφείλουσι πρὸ ἑαυτῶν τι ἔχειν.

Rem aliter se habere Apollonius demonstrat, cum haud raro verba composita in initio augmentum assumerent, id quod ex ἥνεπε, παρηνόχλησθε, ἠναντιούμην et quae sua aetate in usu erant, e κεκάμμυκα, κεκάθικα etc. appareret; cf. p. 318, 321. Cuiusmodi formarum antiquissimum ex Alcaeo et Anacreonte servatum esse videtur exemplum, ἐσυνῆκε, cf. Et. M. p. 385, 9; nisi veras esse existimas, quas apud Homerum Zenodotus commendavit formas, ἐκαθέζετο et ἐκάθευδε, cf. schol. Ven. Il. I v. 68, 611. Neque Atticis inusitatum fuit hoc augmentum, exceptis tamen καθέζομαι et καθεύδω nusquam nisi in praepositionibus a vocali incipientibus adhibitum. Tum aliam invaluisse consuetudinem Apollonii exempla κεκάμμυκα, κεκάθικα et infimae Graecitatis formae, ἐσύστησα, ἐπρόσθεσα, alia id genus ostendunt.

X.

ΠΕΡΙ ΣΥΝΔΕΣΜΩΝ.

Cuius libri licet semel tantum apud Apollonium de coni. p. 496, 20 occurrat inscriptio, non dubitandum tamen, quin et alia eaque haud pauca fragmenta ab eodem servata illic reicienda sint. Materiem cum etiam Trypho fortasse secundum propriam cuiusque coniunctionis vim ac notionem distribuerit, ordinem ab Apollonio institutum servandum iudicavi. Exordium illi haud dubie a coniunctionum fuit definitione,

---

Ven. Il. V, 142, περὶ ῥήματος a Suida v. Ἀπολλώνιος, περὶ ῥημάτων in Et. Gud. p. 569, 32.

1) Cf. Apoll. de constr. or. IV, de coni. p. 509, 2, schol. Ven. Il. V 142, Et. Gud. p. 66, 32; 200, 55, Orio p. 158, 6.

cuius pars quaedam expletivas spectans superest apud Apollonium de coni. p. 515, 5:

1 (41). *Ὁ Τρύφων ἐν τῷ ὅρῳ βουλόμενος καὶ αὐτοὺς* (sc. *τοὺς παραπληρωματικοὺς*) *ἐμπεριλαβεῖν φησί ,καὶ τὸ κεχηνὸς τῆς ἑρμηνείας ἔστιν ὅπου παραπληρῶν', ἀπείκασε δὲ καὶ αὐτὸν ταῖς καλουμέναις στοιβαῖς. ὃν γάρ, φησί, τρόπον εἰς τὰς συνθέσεις τῶν ἀμφορέων εὐχρηστεῖ ἡ τῶν στοιβῶν παρένθεσις ὑπὲρ τοῦ μὴ καταθραύεσθαι τοὺς ἀμφορεῖς, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ὑπὲρ τοῦ τὰ τῆς φράσεως μὴ τραχύνεσθαι ἥδε ἡ σύνταξις τῶν μορίων παραλαμβάνεται.*

Quo e Tryphonis cum Dionysio Thrace p. 642, 22: *τὸ τῆς ἑρμηνείας κεχηνὸς πληροῦσα* consensu non nimis audacter conicias similem fuisse ab illo coniunctionum descriptionem propositam huic: *σύνδεσμός ἐστι λέξις συνδέουσα διάνοιαν μετὰ τάξεως.*

2 (42). Apollonius de vi coniunctionum subdisiunctivarum disserens facta eorum mentione, qui an eae ad copulativas referendae essent, dubitarent, hanc affert Tryphonis adversariam sententiam, de coni. p. 486, 6:

Φησὶ Τρύφων, ὡς οὐ πάντως [τὰ μεταλαμβ]ανόμενα εἰς τὸ αὐτὸ εἶδος ἐπάγεται· τὸ [ἀκολου]θεῖ ῥῆμα μετάληψιν ἔχει τὴν εἰς τὸν εἰ σύνδεσμον· [ἀκολουθ]εῖ τῷ ἡμέραν εἶναι τὸ φῶς εἶναι· ἴσον γὰρ [τῷ εἰ ἡμέρα ἐστ]ί, φῶς ἐστίν. ἄλλως τε τὸ μὲν συμπλε[κτικὸν ἐξ] ἀνάγκης πάντα τίθησι ,καὶ νέος καὶ παλαιός'· [τὸ δὲ] διαζευκτικὸν οὐκέτι, ἀλλὰ ἢ καὶ τὸ ἓν .... ετερα ἢ καὶ τὰ ἐπιφερόμενα.

In fine, siquidem lacuna non tanta est, quantam Bekkerus indicavit, ita legendum esse existimo: *ἀλλὰ ἢ καὶ τὸ ἓν ἢ καὶ τὰ ἕτερα ἢ καὶ τὰ ἐπιφερόμενα*, cf. p. 485, 13. Tryphonis verba quamquam corrupta sunt, minime tamen obscura. Nonnulla enim reperias etiam apud Apollonium de pron. p. 7a, b.

3 (43). Apollonius de coni. p. 490 *ἦρα* vocali sequente in *ἦρ'* per synaloepham decurtari referens v. 9 habet:

Τρύφων φησὶν ἀποκοπὴν παρηκολουθηκέναι.

Ergo Trypho *ἦρ* scripsit, cuius exemplum, quod ego sciam, nunc exstat nullum. Ceterum *ἦρα* illud, quod etiam in scholio Dionys. Thr. p. 968, 25 et Epimerismis Hom. p. 46, 11[1]) legitur, ubique idem est cum *ἦ ῥα*.

---

1) V. 12 pro *ἐρωτικός* rescribas *ἐρωτηματικός*.

4 (44). Tum posteaquam Apollonius p. 490, 17 e nonnullorum sententia ἦρα in ἦ mutilatum esse tradidit, ita de Tryphone p. 491, 15:

Τρύφων φησίν, ὡς ὁ διαζευκτικὸς ἤ παραλαμβάνεται εἰς τοὺς διαπορητικοὺς κατ' ἀρχὰς [λόγους [2])]· ὡς ἐπὶ τοῦ

ἦ ἤδη σάφα οἶδεν·

ἦ δολιχὴ νοῦσος ἦ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα.

Post διαζευκτικός lacunae signa omisi, cum nihil intercidisse videatur. Non est igitur Trypho in illorum habendus numero, qui ἤ interrogativum vel dubitativum ex ἦρα ortum opinabantur. Adversatur et huic Apollonius, nam etiamsi ἤ cum disiunctivo concineret, nihil tamen impedire, quin dubitativum esset. Quam Apollonii sententiam respicit Eustathius in Il. p. 62, 32. Quae vero in pag. 493 ei repugnare videntur [3]), cum ad nostram quaestionem non pertineant, omittenda fuerunt. De caussis quamquam fuit dissensio, nihilominus tamen in scriptura ἤ — ἦ Tryphonem cum Apollonio, Herodiano aliisque grammaticis consensisse manifestum est.

5 (45). In eadem de ἦρα disputatione contra eos, qui α correptum ab Ionibus in η mutari negabant, p. 494, 13 e Tryphone haec servata sunt:

*Ἀντέλεγε Τρύφων παρατιθέμενος * ὡσεὶ καὶ τὸ βραχὺ α εἰς η μετατίθεται, ὡς τό ,ἀναιδείην ἐπιειμένε, διπλάσιον διπλήσιον, τὴν ἀμαιμάκετον Σκύλλην, πείνῃ δ' οὔποτε δῆμον ἐπέρχεται, ὕψι δ' ἀέλλῃ'.*

Hac de re Apollonius cum Tryphone consentiens, ideo tamen eum reprehendit, quod nullo exemplo ἄρα in ἦρα mutatum esse demonstraverit. Quos vero Apollonius adscripsit versus, ii nunc omnes ἦ ῥα habent. Ceterum dubium est, num, ut Trypho et Apollonius volunt, ἀναιδείη ex ἀναίδεια factum sit, cum et alia eiusmodi substantiva in εία exierint apud Atticos et ἀναιδεία dictum esse testetur Aelius Dionysius apud Eustathium in Od. p. 1579, 25.

6 (46). Apollonius de coni. p. 494, 26: *Μῶν. πρός τινων [εἴρηται], ὡς εἴη σύνθετος ἐκ τοῦ μή καὶ οὖν. πρὸ[ς οὓς ἀντι]τίθησι Τρύφων κἀκ τοῦ δηλουμένου κἀ[κ τῆς φωνῆς.] ἐκ μὲν οὖν τοῦ δηλουμένου, ὡς ἀσυστατεῖ [ἡ μὴ ἀπαγό]ρευσις μετὰ*

---

2) Addidit Lehrsius quaest. ep. p. 59 nota.

3) Cf. Lehrsius quaest. ep. p. 58.

συλλογιστικοῦ τοῦ οὖν διαπορητικ[ὸν] ἀποτελέσαι, εἴγε διαφέρει τὸ συλλογίζεσθαι το[ῦ διαπορεῖν.] καὶ ἔτι ὡς ὁ οὖν ἐν ὑποτάξει ἐστίν, ὁ δὲ μῶν [προτακτικός.] ἐκ δὲ τῆς φωνῆς, καθὸ ὁ μῶν σύνδεσμος τὸ υ [ἐκθλίβει·] οὐ γὰρ οἷόν τε εὑρέσθαι τὸ υ ἐκθλιβόμενον, πρ[οσλαμ]βανόμενον δὲ κατὰ τὰς γινομένας συναλοιφάς, [οἷον τὸ] δὴ αὖτε δηὖτε, ὁ αὐτός ωὑτός, ἐμέο αὐτοῦ [ἐμωυτοῦ.] ἦν ἂν οὖν καὶ μωῦν.

Caussae a Tryphone prolatae quam infirmae sint, neminem, opinor, fugiet. Etenim et dubitativa vis iam in *μή* interrogativo latet neque *οὖν*, si *μῶν* e *μὴ οὖν* conflatum esse sumis, primam tenet sedem. Nihil vero obstat, quominus *μῶν* sit *μὴ ὤν*, cum etiam Attici ceterarum dialectorum formas quasdam adoptaverint. Quae quadam ex parte iam Apollonii fuit sententia, recepta, ut videtur, ab Herodiano[4]). Facit autem hac cum explicatione posteriorum aetatum *μὴ ἄρα* pro *μῶν* ponendi consuetudo et Hesychii glossa ita recte a Piersono ad Moer. p. 263 restituta: '*μῶν. μὴ οὖν. μὴ ἄρα.* Origo autem formae *μῶν* paullatim ita delituit, ut et *μῶν οὖν* et *μῶν μή* haud raro ab Atticis usurpatum sit. Sic praeter Platonem, de quo videas Astium lex. Plat. v. *μῶν*, Aeschylus Choeph. v. 175 et Euripides Androm. v. 82; cf. Anthol. Pal. II p. 367. *Μῶν* e *μὴ οὖν* contractum esse etiam auctores Etymologici M. p. 596, 23, Gud. p. 402, 5 iudicarunt, contra alii id a *μῶσθαι* deduxerunt; cf. Phot. lex. p. 284, 3, Suid. s. v.

7 (47). Apollonius de coni. p. 496, 18 de *κᾶτα* coniunctione dubitativa disserens, has servavit Tryphonis pugnantes sententias:

Τρύφων ἐν τῷ περὶ ἐπιρρημάτων ὡς περὶ ἐπιρρήματος χρονικοῦ τὸν λόγον ποιεῖται, ἐν ᾧ καὶ ἐζήτησεν, εἰ ἔγκειται τὸ εἶτα. ἐν δὲ τῷ περὶ συνδέσμων ὁμοίως τοῖς περὶ Ἀπολλώνιον καὶ Κόμανον καὶ σχεδὸν ἅπασι σύνδεσμον ἐκδεχόμενος πάλιν λόγους τινὰς προὐφέρετο ἐξεταστικοὺς τοῦ ἐγκεῖσθαι τὸν καί καὶ τὸ εἶτα, καθό τινες ᾠήθησαν, καὶ ἦσαν τοιοῦτοι οἱ κανόνες. ὁ καί σύνδεσμος ἔκθλιψιν τοῦ ι καὶ κρᾶσιν τοῦ α ποιεῖται εἰς μακρὸν α, τοῦ ε μόνου ἐπιφερομένου. φαίνεται ὅτι καὶ τοῦ η. καὶ ἐμέ κἀμέ, καὶ ἐκεῖνος κἀκεῖνος.

---

4) Ioannes Alexandrinus *τον. παραγγ.* p. 40, 26: *ὁ μῶν ἀπὸ τοῦ μὴ καὶ τοῦ οὖν σύγκειται, δωρικώτερον τραπείσης τῆς ου διφθόγγου εἰς τὸ ω.* Cf. schol. Dionys. Thr. p. 969, 13.

ὅτε μέντοι δίφθογγος ἐπιφέρεται, ἐκθλίβεται τὸ α καὶ τὸ ι, καὶ εἶχον κεἶχον. τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ ο. ἐπιφερομένου γὰρ μόνου τοῦ ο κρᾶσιν ποιεῖται, καὶ ὁ σός χὠ σός, καὶ ὁ οἶνος χοἶνος, καὶ ὁ φίλος χὠ φίλος. εἴπερ οὖν ἔγκειται τὸ εἶτα, ἦν ἂν κεἶτα. καὶ ἔτι ἐν τῷ περὶ ἐπιρρημάτων καὶ τὸ δηλούμενόν φησι μάχεσθαι. ὁ μὲν γὰρ καί σύνδεσμος ἐπὶ τῶν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν παραλαμβανομένων ἐστίν· ὑφ' ἕνα γὰρ καιρὸν γραφόντων τινῶν φαμέν „καὶ Διονύσιος ἔγραφε καὶ Ἀπολλώνιος" · καὶ δῆλον ὅτι διὰ τοῦτο καὶ ἀθροιστικ[ός· ὁ δὲ εἶτα χρό]νου τομὴν ἐπαγγέλλεται. ὁ γὰρ λέγων „Ἀριστ[οφάνης ἔγραψεν,] εἶτα Ἀπολλώνιος" τάξεώς ἐστι παραστ[ατικός.] Tum p. 497, 14: Διὰ τούτων οὖν θεματικὸν τὸν σύνδεσμον [ἐξε]δέχετο. εἶτά φησι, χωρὶς εἰ μὴ ἐπεκτέταται ὁ καί, ὡς ὁ δή, ἀποβολῆς γενομένης τοῦ ι καὶ εὐλόγου ἐκτάσεως τοῦ α, καθότι καὶ τὸ κλαίειν κλάειν.

Rem ergo varie Trypho in libris de coniunctionibus et de adverbiis tractavit. In hoc enim κᾶτα pro καὶ εἶτα dictum sumens, tamen in vi eius particulae haerebat, illic habita crasis analogiae ratione prorsus sententiam aliorsum deflexit κᾶτα aut θεματικόν esse aut e καί, quemadmodum δῆτα e δή (cf. p. 569, 21), formatum esse proponens. Qui quod καὶ εἶτα recte coniungi negat, manifesto erravit. Tum, inquit Apollonius, si κᾶτα nihil est quam καί, cur non semper illud pro hoc usurpatur? In scriptura κᾶτα cum veteres grammatici consensisse videantur, de origine tamen inter se differebant[5]). Quod vero nonnullos opinatos esse dicit Apollonius quodque etiamnunc in Et. Gud. p. 303, 9, Phot. lex. p. 143, 21 legitur, κᾶτα esse καὶ εἶτα, id per crasin certe, ut iam Trypho observavit, fieri non potuit. Debebat enim κεἶτα esse aeque ac κείς et κεἰν (Anth. Pal. I p. 421) et κεἴκοσι (Corp. Inscr. II n. 2321, 5) dictum est. Nunc cum viri docti κᾇτα exhibere soleant, unus quantum equidem scio, Pflugkius Apollonium, ut dicit, secutus κᾶτα in Eur. Phoen. v. 420, 551, 601 scribere praetulit. Apolloniam vero scripturam, quae etiam Tryphonis est, κᾶτα fuisse recte e pag. 497, 22 concluditur; etiamsi qui defendi possit, non intelligo. Fortasse e κἄπειτα factum est κᾶτα. Namque propria vis nusquam, ne in exem-

5) Ortum inde etiam Dionysii Thracis p. 643, 8 κᾶτα nimirum e καὶ εἶτα contractum censentis; aliter scholiasta p. 969, 4. Iota autem subscriptum nemo veterum grammaticorum in hac forma admisisse videtur.

plis quidem, quae habet Apollonius, Arist. Ran. v. 203, Eur. Phoen. v. 601, debilitata est. Deinde dubium, num in *καὶ ὁ οἶνος* per crasin conflando ab omnibus *οι* diphthongus servata sit, siquidem Aristophanes Ran. v. 511 pro *καὶ οἶνον* posuit *κῷνον*, cf. Orum Milesium in Et. M. p. 551, 27; 816, 34. Facit tamen cum Tryphone *χοἶον* apud Aristophanem Nub. v. 1208.

8 (48). Tryphonis duo de *ἕκητι* fragmenta cum obscurum sit, num utrumque e *περὶ συνδέσμων* aut *περὶ ἐπιρρημάτων* libro arcessita sint, an alterum huc, illuc alterum pertineat, totam hoc loco absolvamus quaestionem. Apollonius igitur de coni. p. 497, 30 haec:

Φησὶν ὁ Τρύφων, ὡς ἀδύνατον ἂν εἴη σύνδεσμον αὐτὸ ἐκδέξασθαι, καθὸ οὔποτε οἱ σύνδεσμοι τὴν α στέρησιν ἀναδέχονται, ἔστι δὲ τὸ ἀέκητι ἐν στερήσει τοῦ ἕκητι. — P. 498, 26: *Ἀλλ' οὐδὲ ἐπίρρημα, φησὶν ὁ Τρύφων, πάνυ ἀκριβῶς καὶ τῷ σχηματισμῷ προσελθὼν καὶ τῇ τάσει. εἰ γὰρ παρὰ τὸ ἑκών τὸ ἐπίρρημα ἐγένετο, κἂν ὠξύνετο, εἴγε τὰ ἐν παραγωγῇ, κἂν μακρῷ τῷ ι χρῆται κἂν βραχεῖ, ὀξύνεται, Ἑλληνιστί, ἀμογητί, πανοικί. πῶς οὖν βαρύνεται τὸ ἕκητι;* — P. 499, 7: *Φησὶν ὅτι, καθὸ ἠλογήθη ἡ φωνή, δύναται ἐπίρρημα καθίστασθαι, ἠλογημένον ἐν τῇ τάσει, καθότι καὶ ἐν αὐτῇ τῇ φωνῇ.* — De adv. p. 544, 24: *Τρύφων φησὶ καὶ διὰ τὸ ἀκατάστατον τοῦ τόνου μὴ ἔχεσθαι αὐτὸ τοῦ κατὰ τὰ ἐπιρρήματα μερισμοῦ. τὰ γὰρ τοιαῦτά φησιν ὀξύνεσθαι, ἀναιμωτί, ἀκονιτί, ἀδακρυτί, κἂν ᾖ σὺν τῷ σ, ἑλληνιστί, δωριστί, αἰολιστί.*

Apollonius *ἀέκητι* coniunctionem esse negans, quia, etiamsi *ἕκητι* esset, *α* illud privativum simul notionem coniunctionis tolleret, *ἕκητι* quoque e coniunctionum numero exterminat. Contra neque inter adverbia recensendum esse *ἕκητι*, quia nulla exstarent adverbia negativa praeter ea, quae ab adiectivis negativis deducta essent. Verumtamen ad ea confugit ab *ἀεκάζομαι* adverbium *ἀεκαστί* effingens, unde postea more Ionico *ἀέκητι* effectum esset accentu analogiam vocum *ὕψι*, *ἶφι*, *αὖθι* sequente. Nullis autem exemplis re vera illam factam esse mutationem ostendit. Eandem originationem habemus in Et. M. p. 19, 32 sive in Phavor. ecl. p. 80, 8; similiter *ἕκητι* ab *ἑκάζω* deductum in Et. M. p. 321, 48, Zonar. p. 680. Praepositionem *ἕκητι* itemque *ἀέκητι* recte iam veteres grammatici pro dativo substantivi habuisse videntur, siquidem id ex Apol-

lonii Sophistae glossa: ἀέκητι. ἀκουσιότητι et Hesychii ac Zonarae: ἀέκητι. ἀβουλίᾳ colligere licet.

9 (49). Apollonius de coni. p. 501, 14. Ὅτι. τὸ προκείμενον μόριον διαφορὰς ἔχει τέσσαρας, δύο συνδεσμικὰς καὶ δύο πτωτικάς, καθὼς καὶ Τρύφων παρέθετο. — V. 22: Φησὶ Τρύφων τὸν ὅτι σύνδεσμον καὶ πτωτικοῖς καὶ ἀπτώτοις συντάσσεσθαι· ‚ὅτι ὁ ἥλιος ὑπὲρ γῆν ἐστίν, ἡμέρα ἐστίν· ὅτι περιπατῶ, κινοῦμαι'.

Notiones illae duae, quas συνδεσμικάς Trypho appellat sunt caussalis una, altera narrativa, cf. p. 502, 9. Contra πτωτικάς, quas iccirco proposuerat, quod ὅτι aut casus aliquis exciperet aut aliud vocabulum declinationi non obnoxium insequeretur, prorsus nullas esse, sed mero discrimen illud niti hyperbato iam Apollonius observavit.

10 (50). Apollonius de coni. p. 503. Cum adverbia aliquot et pronomina in α desinentia in fine amplificarentur, veluti τηνίκα in τηνικαῦτα, τόσα in τοσαῦτα, τοῖα in τοιαῦτα, alia non mutarentur, ut τοὔνεκα et τόφρα, Trypho si syllaba longa praecederet (ὅτε μὴ μακρᾷ παρεδρεύηται), eiusmodi voces non dilatari censuit. Cui regulae opponenda esse τοῖα et τοιαῦτα Apollonius animadvertit.

11 (51). Quae Apollonius de coni. p. 504 de τοὔνεκα e Tryphone habet, misere corrupta et lacerata sunt; videtur tamen Trypho crasim articuli et adverbii ἕνεκα statuisse, quam Apollonius aspernatus est.

12 (52). Apollonius de coni. p. 506 posteaquam γάρ in altera enunciati parte poni solere, tamen apud Homerum crebro in priorem per hyperbatum promotum esse dixit, contrariam tradit a Tryphone propositam horum versuum Homericorum (Od. X v. 501) interpretationem:

ὦ Κίρκη, τίς γὰρ ταύτην ὁδὸν ἡγεμονεύσει;
εἰς Ἄιδος δ' οὔ πώ τις ἀφίκετο.

Quos cum Apollonius ita explicuisset: ὦ Κίρκη, εἰς Ἄιδος δὲ οὔ πώ τις ἀφίκετο· τίς γὰρ ταύτην ὁδὸν ἡγεμονεύσει; v. 19 hanc adscripsit Tryphonis interpretationem:

Τρύφων μέντοι φησὶν ἐπὶ τοῦ τοιούτου συνδέσμους ἀντιπαρειλῆφθαι, τὸν γάρ ἀντὶ τοῦ δέ καὶ τὸν δέ ἀντὶ τοῦ γάρ· τίς δὲ ταύτην τὴν ὁδὸν ἡγεμονεύσει; εἰς Ἄιδος γὰρ οὔ πώ τις ἀφίκετο. καὶ οὐκ ἔστιν ἀσύνηθες τὸν δέ εἰς τόν γάρ μεταλαμβάνεσθαι.

βέλος δ' εἰς ἐγκέφαλον δῦ·
αἰτία γάρ ἐστι τοῦ ἀναπαλῆναι τὸν ἵππον.
θάμβησεν δ' Ἀχιλεύς, μετὰ δ' ἐτράπετ', αὐτίκα δ' ἔγνω
Παλλάδ' Ἀθηναίην, δεινὼ δέ οἱ ὄσσε φάανθεν·
ἵν' οὕτως τὸ καταπληκτικὸν τῆς θεοῦ μηνύσῃ. ἀλλὰ δύναται ὁ γάρ πλεονάζειν ἐπὶ τῆς ἀνταποδόσεως, [φησὶ] Τρύφων, ὁμοίως τῷ
τίς γὰρ ὅδ' ἄλλος Ἀχαιὸς ἀνὴρ ἠΰς τε μέγας τε
καὶ ἐπὶ τοῦ
αἲ γὰρ Τηλέμαχον βάλοι
αἲ γὰρ δὴ οὕτως εἴη.
καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν τοιούτων οὐ δόξει μάχεσθαι ἡ σύνταξις τοῦ γάρ κατ' ἀρχὴν τιθεμένου.

Tryphonis sententiam δέ interdum pro γάρ usurpari repetivit Eustathius in Od. p. 1427, 63, quamquam idem in Od. p. 1666, 40 Apolloniam Homericorum versuum (Od. X v. 501, 502) explicationem recepit. Γάρ vero nusquam, ne in αἲ γάρ quidem, per pleonasmum, sed per ellipsim positum esse vel ex Il. II, 371 perspicias.

13 (53). Apollonius de coni. p. 507 γάρ cum omnibus fere coniunctionibus caussalibus coniungi observans, haec v. 13: Ὁ Τρύφων φησίν, ὡς ἐκ τῶν δύο συνδέσμων ἓν καθίσταται τὸ αἰτιολογούμενον ,ἕνεκα γὰρ τούτου ἦλθες' ὡς εἵνεκα τούτου ἤλυθας· ,ὅτι γὰρ παρεγένου'· καὶ ἐπὶ τῶν παραπλησίων τὸ αὐτό.

Quae Apollonius non sprevit, quia et coniunctiones et alia eiusdem notionis vocabula non raro per pleonasmum quendam iuxta ponerentur. Fuerunt tamen qui ἐπιπλοκήν factam existimarent.

14 (54). Apollonius de coni. p. 507, 25: Φησὶ (sc. ὁ Τρύφων) τὸν μὲν γάρ ἕνα εἶναι σύνδεσμον ἰσοδυναμοῦντα τῷ δέ ἐν ὑποδείγματι τοιούτῳ ,ἐγὼ μὲν καὶ Διονύσιος ἐδειπνοῦμεν, σὺ μὲν γὰρ παρεγένου'. οὔτε γάρ, φησίν, ὁ μέν δεόντως [ἐν προτάσει] οὔτε ὁ γάρ ἐπ' αἰτίας τινὸς παραλαμβάνεται. εἷς οὖν ἐστιν ἀντὶ τοῦ δέ.

Sequuntur Apollonii verba quadam ex parte vitiata. Etenim p. 507, 33 τὸν τάρ εἶναι διὰ τὸν τόνον, tum p. 508, 1 ἐφ' αὐτόν, deinde v. 10 ὥνπερ, denique v. 11 παρειλημμένος ἦν corrigendum videtur. Repugnat autem Tryphoni tribus de caussis. Namque omnia vocabula in ρ desinentia brevi vocali praecedente barytona esse solent neque a quoquam μεν γάρ usurpatum occurrit; adde quod vel iuxta positis coniunctionibus nova

efficitur significatio. Apollonius igitur quemadmodum *μὲν γάρ* pro una coniunctione nonnunquam esse dat, ita in unam conflandas esse negat. Rem aliter se habere non est quin intelligat.

15 (55). Apollonius in quaestione de *διότι*, simplici compositave coniunctione, haec de Tryphone servavit p. 509, 14:

Φησὶν ὁ Τρύφων, ὡς τοῖς τοιούτοις μορίοις πτωτικοῖς οὖσιν ἀνταποδίδοται τὰ τοιαῦτα, ὡς ἐν τοῖς τοιούτοις ‚ὅς τις περιπατεῖ, οὗτος κινεῖται· ὅ τι περιπατεῖ, τοῦτο κινεῖται.'

Unde etiam Tryphonem *διότι* pro voce e *διά* et *ὅ τι* composita habuisse recte colligemus.

16 (56). Apollonius de coni. p. 514 postquam *χάριν* saepenumero idem quod *ἕνεκα* valere dicit, v. 1 de Tryphone tradit haecce:

Φησὶν ὁ Τρύφων, ὡς ἕνεκα τούτου τὸ μὲν ὄνομα καὶ χάριτα λέγεται καὶ χάριν, τὸ δὲ εἰς τοιαύτην σύνταξιν παραληφθὲν ὡς ἀντὶ συνδέσμου καθ' ἕνα σχηματισμὸν παραλαμβάνεται, ὅπερ παρείπετο συνδέσμοις. ἔτι μέντοι φησὶν ὁ Τρύφων, ὡς παρὰ [Εὐριπίδῃ] καὶ καὶ ἔτι ἄλλοις ποιηταῖς ὀνοματικῆς συντάξεως ἔτυχεν. ἐν μὲν γὰρ Κρήσσαις

ἐγὼ χάριν σὴν παῖδας οὐ κατακτενῶ,

καὶ ἐν Αὔγῃ

καὶ βουθυτεῖν γὰρ ἠξίους ἐμὴν χάριν.

τὰ γὰρ κτητικαῖς ἀντωνυμίαις συντασσόμενα ὀνόματά ἐστι τῆς αὐτῆς πτώσεως τυχόντα καὶ τοῦ αὐτοῦ ἀριθμοῦ ‚ἐμὸν αὐλόν, ἐμὴν οἰκίαν, ἐμὴν χάριν.'

Quae sequuntur Apollonio attribuenda videntur, qui non modo *χάριν* cum accusativo pronominis possessivi, verum etiam cum genitivo quolibet coniunctum substantivum esse et per ellipsim praepositionis *εἰς* explanandum arbitratur. Substantivi accusativum *χάριτα* teneo solum ex Herod. VI 41, IX 107, Xen. Hell. III 5, 16, Eur. Hel. v. 1378, quamquam aliter hac de re iudicat Moeris p. 414: *χάριν, Ἀττικῶς· χάριτα, Ἕλληνες.* Contra nominis appellativi accusativus *Χάριτα* fuit, cf. Philemon p. 196. Ceterum *ἐμήν, σὴν χάριν* etc. crebro et poetae admiserunt, ut exemplis utar, Aristophanes Acharn. v. 1232, Aeschylus Pers. v. 1015, Euripides Hel. v. 1373, Phoen. v. 762, Androm. v. 1228, Heracl. v. 242, Apollonius Argon. II v. 632 et solutae orationis scriptores, ut Plato Phaedr. p. 234 e,

Soph. p. 242b, Resp. V p. 472e. Plura exempla contulit Koenius ad Gregorium Cor. p. 12.

17 (57). De coniunctionibus, quae *παραπληρωματικοί* vocitantur, ita Trypho apud Apollonium de coni. p. 515, 31: *Ἤτοι συλλαβαί εἰσιν ἢ λέξεις. καὶ αἱ μὲν συλλαβαί τινων λέξεών εἰσι μέρη καὶ ἤτοι τελικαὶ ἢ ἀρκτικαί. καὶ τελικαὶ μέν ‚λέγει δή, βούλομαι δή‘, ἀρκτικαὶ δέ ‚ἐγὼ δὴ βούλομαι, ἐγὼ δὴ λέγω‘. ἦν δὲ ἐν ἀμφοτέροις ἀσύστατον. οὐ γάρ ἐστί τις συλλαβὴ παντὸς μέρους λόγου ληκτική, γενήσεται δὲ ἐν τῷ ‚Ἀπολλώνιος δή, ἐγὼ δή, βούλομαι δή‘. καὶ ἐπὶ τῶν ὑπολοίπων τὸ αὐτό. ἀλλ' εἰ καὶ προστιθεμένη ἔξωθέν ἐστιν ἐν παραγωγῇ συλλαβή, πάλιν τὸ αὐτὸ ἐπιχείρημα ἀρκέσει· ἑκάστη γὰρ τῶν παραγομένων λέξεων δεκτική ἐστιν ἰδίας συλλαβῆς, ὡς τῶν τρίτων τὸ σι, λέγῃσιν, ἔχῃσι, παμφαίνῃσιν· ἢ τῶν δευτέρων εἰς θα, λέγῃσθα, φέρῃσθα, καὶ ἐπὶ τῶν πρώτων τὸ μι ‚τάων ἥν κ' ἐθέλωμι, οὐδ' ἂν ἐφῶμι' καὶ οὐχ οἷόν τ' ἐστὶν εἰπεῖν ‚λέγωσι‘ οὐδέ ‚λέγωθα‘. καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοίων τὸ αὐτό, λέγω δὲ πάλιν ἐπὶ τοῦ τοιόσδε, μὴ κατὰ παντὸς ὀνόματος ἐφικνεῖσθαι τὸ δε· ἢ ὅτε οὕτως φαμέν, τοῖος τοιοῦτος. πῶς οὖν πάλιν τὸ δή ἐστιν ἐν τῷ ‚λέγω δή, λέγεις δή, λέγει δή‘; σαφὲς οὖν ὅτι τὸ τοιοῦτον μᾶλλον λέξεως ἤπερ συλλαβῆς, εἴγε καὶ ἐν ἐπιρρήμασι καὶ συνδέσμοις τὸ τοιοῦτον ἔστιν εὑρέσθαι. ἀλλ' οὐδὲ ἀρκτικόν ἐστι συλλαβῆς. πάλιν γὰρ πῶς πάσης λέξεως ἡ αὐτὴ συλλαβὴ ἀρκτική; πῶς τε [ἐπὶ τοῦ] ‚ἐγὼ δὴ λέγω‘ ἡ τῶν παρῳχημένων κλίσις οὐκ ἐγένετο κατὰ τὴν δή συλλαβήν; τὸ τοιοῦτον γὰρ παρέπεται ῥήμασιν. οὐ γὰρ δή γε οἱ παραπληρωματικοὶ σύνδεσμοι προθέσεις εἰσίν, ἵνα συντεθέντες προτακτικοὶ γίνωνται, καθότι τὸ καταβαίνω καὶ τὰ ὅμοια.* Tum p. 516, 33: *Σαφὲς μὲν οὖν ὅτι, ἐν οἷς οὐ συλλαβαί, ἐν τούτῳ λέξεις. ἴδιόν τε λέξεων τὸ μεταλαμβάνεσθαι εἰς ὁμοιοσήμους. βροτός — ἄνθρωπος, αὐτάρ — δέ· τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ προκείμενοι σύνδεσμοι νύ-δή-ῥά. πᾶν μόριον ἐγκλιτικὸν λέξις ἐστίν ‚ἦλθέ τις, ἄνθρωπός εἰμι‘. πάμπολλοι δέ εἰσιν οἱ παραπληρωματικοὶ ἐν ἐγκλίσει, ὡς ὁ γέ, ὁ ῥά, ὁ θήν, ὁ νύ. δύο λέξεων ἢ τριῶν οὐσῶν ἀκώλυτον τὸ ἐπάλληλον τῆς ὀξείας· καὶ κατὰ τοῦτο οὖν λέξεις τὰ προκείμενα μόρια· ἰδοὺ γὰρ ἐν τῷ ‚ἤ νύ σέ που δέος ἴσχει‘ καθ' ἓν ἕκαστον μέρος λόγου ἡ ὀξεῖα ἀνέστη.*

Ergo coniunctiones illas Trypho voces esse concludit. Quod cum ex accentu demonstrasset, promisso suo non stans de notione disquirere omisit; cf. Apoll. p. 516, 31: *ἐν γὰρ δὴ τῇ προ-*

τάσει φησὶ τοῦ λόγου, εἰ λέξεις, ὀφείλουσί τι δηλοῦν. Supplevit igitur Apollonius, quae ille neglexerat.

18 (58). Apollonius de coni. p. 523 postquam ἦ initiale circumflecti, subsequens vero, quale est in τιή inclinari dixit, Tryphonis adversariam tradit hisce verbis sententiam, v. 13:

Φησὶν ὁ Τρύφων τὸν λόγον ψευδῆ εἶναι, ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ἐπ' ἄλλων μερῶν λόγου τὸ τοιοῦτον ἐπιδεῖξαι. τὰ γὰρ οὕτω καὶ .... ἐγκλιτικά ἐστι μόρια, καὶ οὐ πάντως τῷ δηλουμένῳ παρήλλακται, ὡς ἔχει τὰ ἀντωνυμικά ,ἐμοῦ ἥρπασεν, ἥρπασέν μου· σοῦ ἥρπασεν, ἥρπασέ σου'. Tum p. 524, 2: *Ἦν οὖν φησὶ πλεονασμὸς τοῦ η ἐν τῷ τιή, ᾧ λόγῳ καὶ τὸ λεγοίη, φεροίη πλεονάζουσι τῷ η, καὶ ὡς ἀπὸ τοῦ ἐγών τὸ ἐγώνη παρὰ Ταραντίνοις, καὶ ἐν μέσῃ λέξει τὸ πολεμήϊα, πολιήτης, μυθιήτης, καὶ ἐν ἀρχῇ τὸ ἠβαιόν.* Cf. de constr. or. IV p. 302.

Praetulit igitur Trypho formam τίη aeque atque Apollonius Sophista v. ἦ. *ποτὲ παρέλκει ,ἀλλὰ τίη με ταῦτα διεξερέεσθε ἕκαστα';* Cf. Schol. Ven. Il. I, 219. De scripturis τίη, τιή etc. copiosius disseruit Lehrsius quaest. ep. p. 62. De nominibus in ιήτης per pleonasmum vocalis η interpretandis similiter a Stephano Byz. p. 43, 1 iudicatum videmus.

19 (59). Apollonius eorum impugnans sententiam, qui δή et ἤ idem vocabulum opinabantur, etiam Tryphonem ad partes vocat, de quo p. 525, 10 haec servavit:

Φησὶ καὶ ὁ Τρύφων, ὡς τὰ ἐν πάθει γινόμενα οὐδέποτε παράλληλα τίθεται τοῖς ὁλοκλήροις, γαῖα αἶα, μία ἴα, σῦς ὗς.

Ergo cum saepissime apud Homerum ἦ δή occurrat, diversa ἦ et δή origine utuntur.

20 (60). Eidem quaestioni de scripturis ὡς et ὧς e Tryphone haec Apollonius inseruit p. 523, 21:

Τῷ αὐτῷ λόγῳ πλέον ἐπεμέμφετο τοὺς ἐγκλίνοντας μὲν κατ' ἀρχὴν τὸ ὡς, ἐν δὲ μέσῃ φράσει περισπῶντας,

ἀλλ' οὐδ' ὧς ἑτάρους ἐρρύσατο.

πάλιν τῷ αὐτῷ λόγῳ, ὅτι μὴ τῶν ἐγκλιτικῶν τὸ ὡς, καὶ ὡς τὸ ἐναντίον ἀνεδέξατο, ὅπου γε τὰ μὲν μεσαζόμενα ἀποβάλλει τὴν περισπωμένην, τὰ δὲ ἐν ἀρχῇ παραλαμβανόμενα, εἰ ἐπιδέχοιτο τὴν περισπωμένην, πάντως τὴν αὐτὴν παραλαμβάνει, ὡς ἔχει ,ποῦ ἀπῆλθεν; ἀπῆλθέ που' καὶ τὰ ἄνω προκείμενα.

Cave tamen ne Tryphonem ὧς sprevisse ex Apollonii disputatione colligas; illum enim pro ὅμως et οὕτως posuisse ὧς ex Et. M. p. 824, 48 intelligitur, quem locum a Tryphone

profectum esse e fragmento sequenti patebit. Quod vero apud grammaticum Hermanni de emend. gramm. p. 466 Tryphonem etiam pro ὅπως usurpasse ὡς legimus, id mihi quidem falsum et οὕτως restituendum videtur. De re consulas Hermannum de em. gramm. p. 111 et Lehrsium quaest. ep. p. 63 not.

21 (61). Grammaticus[6]) apud Hermannum de emend. gramm. p. 463:

Ἰστέον ὅτι τὸ ὡς τριάκοντα σημαίνει παρὰ Τρύφωνι. παραβολήν ‚ὥς τε λέων ἐχάρη‘· ἀνταπόδοσιν, ὡς τό ‚ὣς αὖτις καθ' ὅμιλον ἔδυ Τρώων‘· ὑπερβολήν, ὡς τό ‚ὡς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός‘· ὁμοίωσιν, ὡς τό ‚ὡς [ὅ δ'] Ὀδυσσῆος μεγαλήτορος υἷι ἔοικεν‘· ὅμως, ὡς τό ‚ἀλλ' οὐδ' ὣς ἑτάρους ἐρρύσατο ἱέμενός περ‘· ἀναφορικόν, ὡς τό ‚ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον‘· θαυμασμόν, ὡς τό ‚ὡς ἀγαθαὶ φρένες ἦσαν ἐχέφρονι Πηνελοπείῃ‘· οὕτως, ὡς τό ‚ὣς εἰπὼν πυλέων ἐξέσσυτο φαίδιμος Ἕκτωρ‘· ἵνα σύνδεσμον, ὡς τό, ‚ὥς μοι καὶ τόνδ' ἄνδρα πελώριον ἐξονομήνῃς‘· ὅπως, ὡς τό ‚ὡς σπείσῃς Διὶ πατρί‘· ὅτι, ὡς τό ‚ἔγνων, ὡς θεός‘· ἐπεί, ὡς τό ‚ὡς ἴδε χῶρον ἐρῆμον‘· καὶ ὡς τό ‚ὡς ἑστήκασι νόμοι καὶ παρ' ἡμῖν δικαστήρια[7])‘· αἴθε, ὡς τό ‚ὡς ὤφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι‘· διό, ὡς τό ‚ὡς ἂν ἔπειτ' ἀπὸ σεῖο, φίλον τέκος‘· εἴ συναπτικόν, ὡς τό ‚ὡς ὑμεῖς παρ' ἐμεῖο θοὴν ἐπὶ νῆα κίοιτε‘· ὁμοίως, ὡς τό ‚μνήσομαι, ὥς μ' ἀσύφηλον‘· ὅπως, ὡς τό ‚ἦρξατο δ', ὡς πρῶτον Κίκονας δάμασ'‘· αὐτάρ‘· ἐπί πρόθεσιν, ὡς τό ‚ὣς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον‘· τοσοῦτον, ὡς τό ‚ὅσσον Φαίηκες περὶ πάντων ἴδριες ἀνδρῶν νῆα θοὴν ἐπὶ πόντον ἐλαυνέμεν, ὣς δὲ γυναῖκες[8])‘· ὅσον ‚καὶ κρέας ὥς οἱ χεῖρες ἐχάνδανον‘· γάρ, ὡς τό ‚ὡς οὔ τοι ποταμῷ γε δαμήμεναι αἴσιμον ἦεν‘· εὐθέως, ὡς τό ‚ὡς ἴδεν, ὥς μιν ἔδυ χόλος‘· ὡσαύτως ..... καὶ τό ‚ὡς δ' αὖ νῦν μοι ἄγασθε θεοί‘· βεβαίωσιν, ὡς τό, ὥς χαρίεν τἀνθρώπινον[9]) ἀν-

6) Servata esse eadem videntur in codice quodam Mediceo, cf. Bandin. II 263, 31 ἐκ τῶν τοῦ Τρύφωνος περὶ τοῦ ὡς καὶ ἄλλων τινῶν. Inc. Ἰστέον ὅτι τὸ ὡς τριάκοντα σημαίνει παρὰ Τρύφωνι.

7) Omissum est hoc exemplum in Etymologicis.

8) Codex ἐλαυνέμεν. καὶ ὡς τό ‚ὡς δὲ γυναικί‘· Correxit Hermannus ex Od. VII 109.

9) Codex τὸ ἀνθρώπινον. Et. M. p. 824, 12, Et. Gud. p. 582, 27: ὡς χαρίσοιτ' ἄνθρωπος ἀνθρώποισι.

θρώποισιν'. ἀλλά, ὡς τό ,ὡς τοῦτ' ἀλήθεια'· ἕως, ὡς τό ,ὡς[10]) ὁ μὲν ἔνθα πολὺν βίοτον καὶ χρυσὸν ἀγείρας'· οὕτως[11]) δεικτικόν, ὡς τό ,ὥς ποτ' ἔην· νῦν αὖτε νεώτεροι ἀντιοώντων'· οὐδαμῶς, ὡς τό ,ὡς οὐκ ἔστι χάρις μετόπισθεν εὐεργεσιῶν'· διηγηματικόν, δηλοῦν κεφαλαίωσιν, ὡς τὸ ,ὥς τ' ἦλθ' ὥς τ' Αἴγισθος ἐμήσατο λυγρὸν ὄλεθρον'· λίαν, παρὰ Θεοκρίτῳ, ὡς τό, ὡς ἄλλος ἐστί'. πάντα δὲ ταῦτα ὀξύνονται χωρὶς δύο, τοῦ σημαίνοντος τὸ ὅπως (scr. οὕτως) καὶ τοῦ σημαίνοντος τὸ ὅμως. ταῦτα γὰρ περισπῶνται,

Reliqua ab alia manu, quae etiam notulam quandam e bibliis sacris adscripsit, profecta sunt. Omnia fere, sed multo etiam magis vitiata, et in Et. M. p. 824, 13 et in Gud. p. 582, 1 leguntur; ubi postquam XXXII significationes ὡς habere initio traditum est, XXX solum illae Tryphonis cum iisdem exemplis enumerantur. Sed, si quid video totum illud fragmentum, quale nunc exstat, non a Tryphone conglutinatum, sed ex uberiore disputatione ab aliquo in brevius contractum est. Nolim tamen eius rei Eusthathium adhibere testem, qui in Il. p. 1214, 41 haec adnotavit: Ὅτι δὲ τοῦ ὡς, πολλῶν ὄντων σημαινομένων, κατὰ Τρύφωνα ἔστι τις καὶ χρονική ποτε σημασία, φαίνεται ἐν ἐπιστολῇ τοῦ βασιλέως Ἀντιόχου, οἷον ,ὡς ἂν οὖν λάβῃς τὴν ἐπιστολήν, σύνταξον κήρυγμα ποιήσασθαι', ἤγουν ἡνίκα ἂν λάβῃς. Valde enim dubito, num Trypho rei antiquissimis iam scriptoribus usitatae documentum quaerens ad Antiochi regis epistolas confugerit. Itaque Eustathium epitomam illam respexisse novumque de suo exemplum addidisse recte existimabimus. Neque Tryphonem tam absurde rem egisse crediderim, ut sine certa distributionis ratione singula consarcinaret, eadem variis modis repeteret, quid ὡς valeret quoque consilio adhiberetur, confunderet. Habuit fortasse Trypho etiam alias illius coniunctionis significationes, quas epitomator omisit, vel ὡς pro ῇ, quod legitur apud Theocritum I v. 13, V v. 101, 103. Num vero aliquid operae Tryphonis in Hesychium v. ὡς transierit, diiudicare non ausim. Ὡς denique qui scripserint praeter Tryphonem invenies apud Lehrsium quaest. ep. p. 63 not., cf. Epim. Hom. p. 449, 13.

---

10) Nunc est ὥς in Od. III, 301.

11) Codex οὗτος. Et. M. et Gud. οὕτως.

XI.

ΠΕΡΙ ΕΠΙΡΡΗΜΑΤΩΝ.

Cuius libri praeter tria fragmenta laudata ab Apollonio de adv. p. 548, 2; 556, 30, de coni. p. 496, 18 alia quoque supersunt haud pauca, quae recte eodem referas. Totius operis imaginem etsi propter reliquiarum exiguum numerum cogitatione fingere nequimus, videtur tamen, id quod Apollonius de coni. p. 516, 31 in quaestione illa de coniunctionibus expletivis vituperavit, etiam in hoc tractatu commisisse, ut vocum significationes negligeret, formas fere solas indagaret. Hasce vero eum, ut adverbiorum singulorum originem exploraret, perquam accurate et diligenter investigasse et fragmenta efficiunt et quae Apollonius p. 498, 27 de Tryphone scribit: *πάνυ ἀκριβῶς καὶ τῷ σχηματισμῷ προσελθὼν καὶ τῇ τάσει.* Accentus igitur potissimum formaeque habens rationem vocabulorum originem, plurium formarum quae sit genuina, quae inter adverbia quaeque inter alias orationis partes recensenda essent, discernebat. At ipsius Tryphonis verba contemplemur.

1 (62). De *ἔκητι* diversis modis a Tryphone in libris *περὶ συνδέσμων* et *περὶ ἐπιρρημάτων* iudicatum esse iam frg. 48 vidimus.

2 (63). De *κᾶτα* vel *κἆτα* variis sententiis in utroque libro Tryphonem usum esse adnotavimus frg. 47.

3 (64). Apollonius de adv. p. 548, 1: *Ῥητέον περὶ τοῦ ὑπόδρα, περὶ [οὗ Τρύφων] ἐν τῷ περὶ ἐπιρρημάτων φησίν, ὡς οὐ δεόντως [τὸν τόνον] ἀνεδέδεκτο. τὴν γὰρ ἀποβολήν φησι φυλακτ[ικὴν εἶναι] τοῦ τόνου. τὸ ἄναξ ἀποβαλὸν τὸ ξ, φυλάσσεται κ[ατὰ τὴν] αὐτὴν τάσιν „Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε“· καὶ κατὰ κλητικὴν τὸ γύναιξ, ἐν τῷ „ὦ γύναι“· ἔτι τὸ γάλαξ, ἀφ' οὗ γενικὴ ἡ γάλακτος, ὅτε γίνεται πάλιν γάλα. ὅθεν εἰ καὶ τὸ ὑποδράξ ἐν ὀξείᾳ τάσει ἐστί, σαφὲς ὅτι καὶ τὸ ἐν ἀποβολῇ τοῦ ξ πάλιν τὸν ἐπόντα τόνον φυλάξει.*

Apollonius licet quadam ex parte Tryphoni adversetur, quoniam non semper vocabula in fine decurtata, quoad eius fieri posset, accentum integrae formae retinerent[1]); tamen

1) Cf. Apoll. p. 548, 21; de constr. or. IV p. 336.

ipse quoque ab ὑποδράξ[2]) originem ὑπόδρα traxisse existimat, aut latere ῥρῶ vel δρῶ pro ὁρῶ. Primam originationem Herodianus, reliquas duas Apollodorus teste schol. Ven. Il. I 148 (cf. Et. M. p. 781, 40) recepit. Contra fuerunt qui pleonasmi in Homerico illo ὑπόδρα ἰδών evitandi caussa ὑπόδρα ex ὑπὸ δή ῥα factum statuerent; cf. Apoll. p. 548, 14. Pro ὑποδράξ denique, si quidem id in usu fuit, aut pro ὑποδέρκομαι afferamus Quinti Smyrnaei III v. 252 testimonium, qui in locum Homerici ὑπόδρα ἰδών substituit ὑποδερκόμενος.

4 (65). Apollonius de adv. p. 556, 30: *Τρύφων φησὶν ἐν τῷ περὶ ἐπιρρημάτων τὸ ἐχθές ἐντελέστερον εἶναι τοῦ χθές Ἀττικοῦ, παρατιθέμενος τὴν ἐν τοῖς μονοσυλλάβοις ἐπιρρήμασιν ἀναλογίαν, ὡς εἴη ἐν μακραῖς συλλαβαῖς ἑκάστοτε, ναί, μή, ποῦ, πῶς, οὗ καὶ τὰ τοιαῦτα, μηκυνόμενα διὰ τοῦ διπλοῦ, γνύξ, πύξ. πιστοῦται δὲ καὶ ἐντεῦθεν μὴ ἐντελῆ εἶναι τό τε δίς καὶ τρίς, ἐκ δὲ τοῦ δυάκις καὶ τριάκις συγκεκόφθαι, ἐπειδὴ τὰ εἰς ς λήγοντα μετὰ βραχείας ἐκφορᾶς ἐστὶν ὑπὲρ μίαν συλλαβήν, εἰκός, ἐγγύς, ἐντός, ἅλις, ἄχρις, πάρος. ἐξ οὗ πάλιν συνῆγε τὸ ἐχθές ἀναλογώτερον· ἀφῃρῆσθαι δὲ πρὸς τῆς Ἀττικῆς χρήσεως τὸ ε.*

Quae Tryphonis verba haud aegre in Epim. Hom. p. 437, 23, Et. M. p. 405, 29; 809, 23, Zonar. p. 943 agnoscas. Probatum est autem eius iudicium Apollonio. Quod vero Trypho χθές Atticorum usus proprium dicit, quamquam eodem arbitrio etiam alios grammaticos usos esse videmus, cf. Moer. Att. p. 402 et Bekk. An. p. 937, 23, repugnant tamen cum aliorum testimonia tum Atticorum loci complures, ut Soph. Ant. v. 456, Xen. Cyrop. VII 5, 53 quosque adscripsit Lobeckius ad Phryn. ecl. p. 323. Postremo observationi de quantitate monosyllaborum fortasse etiam in libro περὶ τῆς ἐν μονοσυλλάβοις ἀναλογίας locus fuit.

5 (66). Apollonius de adv. p. 560, 22: *Τρύφων φησίν, ὡς τὰ εἰς α λήγοντα ἐπιρρήματα βραχυκατάληκτά ἐστιν· οὐ γεγράψεται ἄρα τὸ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ σὺν τῷ ι.*

Quamquam Apollonius p. 561, 31 scribit: *τὰ ἐπιρρήματα γεγράψεται σὺν τῷ ι, οὐχ ὥς φησι Τρύφων διὰ τὸ μακρὸν*

---

2) Contra alii ὑπόδραξ, ut Apollonius Sophista v. ὑπόδρα, Cram. An. Par. III. p. 336, 1; ὑποδράξ habet Ioannes Alexandrinus τον. παρ. p. 33, 24.

α, minime tamen in Tryphonis utroque loco controversia inesse videtur. Qui cum α in ἰδία et δημοσία productum esse statuisset, quoniam reliqua adverbia α illud correptum haberent ideoque iota subscriptum aspernarentur, in illis quoque vocibus propter analogiam iota omittendum arbitratus est. Contra Apollonius, quo duce utitur Ioannes Alexandrinus τον. παρ. p. 29, 22, recte formas illas dativos esse demonstravit. Verum etiam eorum, qui de dativo concederent, fortasse nonnullos fuisse, qui ἰδία et δημοσία scriberent, et decrepitae Graecitatis tutuli et Strabo XIV p. 648 et Sextus Emp. adv. gramm. p. 638, 17 satis superque docent.

6 (67). Apollonius de adv. p. 563, 11 de origine adverbii θαμά disceptans e Tryphone haec servavit:

Τρύφων φησίν, ὡς τὸ ἅμα ἐπλεόνασε τῷ θ, τῇ αὐτῇ ἐτυμολογίᾳ ἀρκούμενος.

Apollonius quidem a θαμά, quod ipsum e θαμέες, θαμέα ortum esset, ἅμα factum putat, quia, ut ipsius verbis utar, τὸ πυκνῶς γινόμενον ὑφ' ἕνα καιρὸν γίνεται. Trypho autem eandem originationem adhibens θαμά ex ἅμα derivavit, ut nunc etiam in libello περὶ παθῶν λέξεων § 11 exstat. Secuti sunt eum Orio in Et. Gud. p. 254, 26 et Eustathius in Il. p. 43, 33; fuerunt tamen etiam qui Apollonii sententiam amplecterentur; cf. Epim. Hom. p. 14, 13; 199, 21 et Characem in Et. Gud. p. 254, 25.

7 (68). Apollonius de adv. p. 569, 14. *Ὦταν. γεγενῆσθαι οἱ μὲν παρ' ἐκταιρικὴν ἐκφώνησιν, ὡς Δίδυμος ἔφη, καὶ παραλαμβάνει αὐτὸ παρὰ τὸ ἔτης μετὰ μορίου τοῦ ὦ κλητικοῦ. πρὸς ὃν φησι Τρύφων, ὡς τὰ τῆς κλητικῆς οὐ καταστaίη· βραχὺ γὰρ καὶ βαρὺ τὸ α ἀπαιτεῖ, ὥσπερ καὶ τῷ δώτης τὸ δῶτα παράκειται, θύτης θῦτα. αὐτός γε μὴν φησιν, ὡς τὸ ὦ μόριον ἐπεκταθὲν διὰ τοῦ τα ἐποιεῖτο καὶ κλητικὸν ἐπίφθεγμα, καθότι καὶ τῷ δή τὸ δῆτα παρέκειτο· καὶ διὰ τὴν ἀντέμφασιν τὴν πρὸς τὰ ὦτα τὸ ν προσεληλύθει.*

Tryphonis sententiam, quamvis ineptam, sine auctoris nomine repetitam legimus in Et. M. p. 825, 17 sive in Phavor. ecl. p. 454. Didymi[3]) qualis fuerit scriptura, quamquam eius

3) Fortasse etiam pro Dinarcho Didymi nomen in simillimo Philemonis p. 220 loco reponendum est.

etiam in schol. Plat. Apol. p. 332 Bekk. et a Suida s. v. mentio facta est, obscurum; videtur tamen ὦ 'τάν vel ὦ 'τᾶν proposuisse, cum Trypho propter α longum et accentu instructum adversatus sit. Ipse vero manifesto ὦταν efflagitavit, quia pro ὦ dictum esset ὦτα pariter ac δῆτα pro δή, quibus fortasse addidit κᾶτα pro καί, cf. frg. 47; postremo ambiguitatis vitandae caussa ν esse adiectum. Omisit autem, id quod Apollonius refert, de quantitate vocalis α et quod inde pendet, de tenoris forma quaerere; de sede enim accentus nihil ambigebat. Proxime autem ad Tryphonem accedit Philemon p. 220 οἱ δὲ Ἀττικοὶ τὴν πρώτην συλλαβὴν περισπῶσι, τὴν δὲ δευτέραν βαρυτονοῦσι. Contra Apollonius ὦταν cum longo α et duplici tenore prolatum esse quasi pro fundamento quodam disputationis habens, huius solum formae caussas et rationes investigat. Ab ἔτης igitur repetens paronymum ἐτᾶν, quod in vocativo adverbialiter positum simul accentum mutaret, ὦ' τάν scripsit. Eandem scripturam, licet aliis de caussis, etiam Helladius apud Photium bibl. p. 530b 2 tuetur; cf. Et. M. p. 825, 11. Deinde alii ὦ' τᾶν pro ὦ' τῶν vel ὦ ἐτάν aut ὦ τᾶν pro ὦ τῶν vel pro ὦ ἑταῖρε, ὦ σύ esse censuerunt; cf. Apoll. p. 569, 32, Hesych. s. v. Phot. lex. p. 568, 17, schol. Dionys. Thr. p. 949, 22, Ioann. Alex. p. 37, 32. Quibus veterum grammaticorum sententiis adiungamus Buttmanni gramm. Gr. I p. 218 placitum τάν esse pro τύ aut τῆνος, refutatum ab Hermanno ad Soph. Phil. v. 1387. Quod vero Nauckius Arist. Byz. frg. p. 160 in medium protulit, ὦ τᾶν esse ὦ τάλαν, id omni analogia destitutum est. Quae explicandi ratio vera sit, nescio; fortasse nulla probanda, cum etiam in duorum compellatione illa interiectione Cratinum usum esse prodatur in schol. Arist. Plut. v. 66; cf. Fragm. com. gr. I p. 223.

8 (69). Apollonius de adv. p. 572, 13 de adverbiis in στί a verbis in ζω derivandis disputans de Tryphone refert haec:

Τούτοις δὴ ἐπιστήσας ὁ Τρύφων ἐζήτει περὶ τοῦ μεγαλωστί, ἱρωστί παρὰ Ἀνακρέοντι καὶ ἔτι τοῦ παρὰ Ἀθηναίοις νεωστί, ὅπερ οὐκ ἀπιθάνως τῇ παρὰ Ἀθηναίοις συνήθει ἐπεκτάσει ἐξέτεινε τὸ ι. ἔδει γάρ, φησί, παρὰ τὸ μεγαλίζω μεγαλιστί[4]), νεανίζω νεανιστί· καὶ δῆλον ὅτι καὶ τὸ ἱρωστί παρά τι τῶν εἰς ζω ληγόντων ῥημάτων.

4) Similiter schol. Vict. Il. XVIII 26.

Apollonius vero vocabula illa non, ut Trypho voluit, a verbis [5]), sed a cognatis adverbiis in ως derivanda esse arbitratur. Fortasse iis quartum quoque a Tryphone adiunctum fuit, δημιωστί, quemadmodum etiamnunc legitur apud Herodianum περὶ διχρόνων p. 300, 20, grammaticum Hermanni de em. gr. p. 448, Draconem Strat. p. 37, 1, Eustathium in Od. p. 1899, 57. Ferri igitur potest, quod Bergkius poet. lyr. p. 677 Anacreonti reddendum suspicatus est, ἀγανωστί. De quantitate autem ι finalis in νεωστί, quod Trypho ab Atticis productum esse tradit, fuerunt qui aliter iudicarent. Herodianus quidem π. διχρ. l. l. breve id esse dicit, quomodo nunc quoque usurpatum apparet.

9 (70). Apollonius de adv. p. 574 de vocabulis in φι:

V. 14. Τὰ προκείμενα παρὰ πᾶσιν ὑπείληπται, ὡς ἐπιρρήματα εἴη, ὧν ἐστὶ καὶ Τρύφων. — V. 19. Φησὶν ὁ Τρύφων τὸ τηνικαῦτα αὐτὰ παράγεσθαι εἰς τὴν ταυτότητα, ἐπὰν ἡ φωνὴ ἡ τοῦ πρωτοτύπου ὁλόκληρος καθεστήκῃ, ὡς ἐν τῷ ἧφι βίηφι· εἰ δὲ μὴ τῇδε ἔχει, τὸ τηνικαῦτα ἐπιρρηματικῆς ἔχεσθαι συντάξεως τὰ μόρια, ὡς ἐπὶ τοῦ χαλκόφι χαλκός. ἰδοὺ γάρ, φησίν, αἱ παραχθεῖσαι γενικαὶ ἔχουσι τὸν ἀριθμὸν εὐδιάκριτον, ἡ καλοῖο, ἡ Ἀτρείδαο· τὸ δέ, φησί, κατ' ὄρεσφι τί μᾶλλον κατ' ὄρους ἢ κατ' ὀρῶν; ἴδιον δὲ τὸ μὴ διακρίνειν ἀριθμὸν ἐν συντάξει ἐπιρρήματος. κατὰ δὴ ταύτην τὴν ἔννοιαν ἀπεφαίνετο τὰ τοιαῦτα ἐπιρρήματα εἶναι.

Formas igitur in ηφι Trypho ad easdem orationis partes referendas esse censet, quo etiam nominativus, contra omnes in όφι et εσφι inter adverbia recensendas esse. Cui recte opponit Apollonius nec propter vocalem aut retentam aut expulsam hoc discrimen statuendum esse et pugnare cum eo usum Sicyoniorum, quibus istiusmodi voces pro genitivis essent. Ergo omnes in φι formas aut adiectivi aut substantivi casus esse concludit.

10 (71). Et. M. p. 645, 1: Ὄχεσφιν. δεῖ γινώσκειν, ὅτι τὸ ὄχεσφιν καὶ ὄρεσφιν ὁ μὲν Δίδυμος λέγει γεγονέναι ἀπὸ τῆς ὄχεσι καὶ ὄρεσι δοτικῆς τῶν πληθυντικῶν κατ' ἐπένθεσιν τοῦ φ· ὁ δὲ Τρύφων ἐναντιοῦται αὐτῷ λέγων, ὅτι οὐ δύναται

---

5) Ad ἱρωστί explanandum et ipsi Tryphoni verbum in ζω defuisse videtur. Usurpatum id ab Anacreonte esse adverbium testatur etiam schol. Ven. Il. XVIII v. 26.

ἀπὸ δοτικῆς γενέσθαι, ἐπειδὴ γενικῆς σημασίαν ἐπέχουσι· τὸ γὰρ κατ' ὄρεσφιν ἀντὶ τοῦ ἐκ τοῦ ὄρους καὶ τὸ [κατ'] ὄχεσφιν ἀντὶ τοῦ ἐκ τοῦ ἅρματος. σχηματίζεται οὕτως· ὥσπερ ἀπὸ τοῦ θεόσφατον[6]) *γίνεται θέσφατον, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἀπὸ τῆς ὄρεος καὶ ὄχεος γενικῆς γίνεται ὀρέοσφι [καὶ ὀχέοσφι]* [7])· *καὶ κατὰ συγκοπὴν τοῦ ο καὶ πλεονασμῷ τῆς φι συλλαβῆς [ὄρεσφι καὶ ὄχεσφι]* [8]). *οὕτως Ἡρωδιανός.*

Eadem apud Zonaram p. 1491 et Phavorinum ecl. p. 334, 24 leguntur. Tryphonem *ὄρεσφι* et *ὄχεσφι* inter genitivos reicientem errasse cum alia permulta tum Homeri verba *σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν* efficiunt. Contra alii syllabae *φι* usum nimis dilatantes nullum id spernere casum opinati sunt; cf. schol. L. Il. II 233, XIII 588. Quod vero formas illas a genitivis *ὄρεος* et *ὄχεος* repetivit, recte id fecisse videtur; cf. Lobeckium ad Phryn. p. 672; neque quin verum viderit *θέσφατον* e *θεόσφατον* factum esse censens, dubito, licet aliter hac de re iudicarit Buttmannus Lexil. I p. 165. Tryphonem sequuntur scholiastae Lipsienses Il. II 233 et Victorianus Il. IV 452.

11 (72). Apollonius de adv. p. 578 adverbia in *φ* et *ω* a substantivis et praepositionibus, in *ως* ab adiectivis derivata esse ponens, tamen *ἐγγυτάτω, ἐσωτάτω, ἀνωτάτω* alia id genus huic regulae resistere observavit. Qua ratione etiam Trypho rem gesserat, quomodo autem voces praecepto illi repugnantes defendendae essent, non quaesiverat. Ita enim Apollonius p. 28: *Ἐχρῆν καὶ τὸν Τρύφωνα, ἀποφαινόμενον τὸν προκείμενον κανόνα, περὶ τῶν δοκούντων ὡς ἀντικειμένων ἀπολογήσασθαι.*

Contra Apollonius duplicem adverbiorum comparationem esse statuit; nam et *ἔσω ἐσώτερος* dici et *ἔσω ἐσωτέρω*. *Ἐσωτάτω* igitur comparativi *ἐσωτέρω* esse superlativum, quem ab *ἐσώτατος* repetere nolis. Attamen fuisse qui eiusmodi formas pro dativis haberent et *ι* subscriberent, discimus ex Et. M. p. 663, 20.

12 (73). Apollonius de adv. p, 585 in originem adverbii *αὔτως* inquirens hoc affert v. 17 Tryphonis hac de re iudicium: *Τρύφων περὶ τοῦ σημαίνοντος τὸ οὕτως ἐκδέχεται μετά-*

6) Ita Phavorinus, *θεόφαντον* Etymologicum.
7) Addidi ex Phavorino.
8) Inserui ex Phavorino.

πτῶσιν τοῦ ο εἰς τὸ α γεγενῆσθαι. ἀλλὰ ἐλείπετο καὶ περὶ τοῦ σημαίνοντος τὸ μάτην διαλαβεῖν.

Tryphonis sententiam repetitam habemus in schol. B. Il. I 133 vel in Et. Gud. p. 94, 47, Et. M. p. 172, 41. De spiritu quamquam nihil monitum, *αὕτως* tamen Tryphoni procul dubio probatum est. Alii *αὔτως* pro *οὕτως*, *αὔτως*, quod ex *ἀούτως* aut *ἀέτως* ortum esset, pro *μάτην* scribere praetulerunt, qua de re consulas Buttmannum Lexil. I p. 34. Contra Hermannus Opusc. I p. 338 *αὕτως* ad Atticorum usum aut inter grammaticorum commenta reiciens recte ubique *αὕτως* ad *αὐτός* referre videtur.

13 (74). Apollonius de adv. p. 601 postquam a genitivis in *ου* adverbia in *όθεν* effici, nihilominus tamen *ἀμφοτέρωθεν*, *ἑκατέρωθεν*, *ἑτέρωθεν* dici adnotavit, e Tryphone refert haecce v. 18: *Φησὶν ὁ Τρύφων ἰδιαίτερον, ὡς τὰ διὰ τοῦ τερος πρωτότυπα διὰ τοῦ ω παράγεται κατὰ τὰ ἐπιρρήματα.*

At, inquit Apollonius, regulam istam haud dubie Trypho, ut tres illas formas explicaret, commentus est. Quae et ipsae analogiam aliorum adverbiorum *ς* finale abicientium tuentur.

14 (75). Apollonius de adv. p. 601, 28: *Ἔτι ἐπηπόρει* (sc. *ὁ Τρύφων*), *πῶς γεγόνοι τὸ γειόθεν, παραδεχόμενος ὡς ἀνάλογον τὸ γῆθεν· παρὰ γὰρ τὴν γῆς γενικήν, ὡς ἀρχῆς ἀρχῆθεν. καὶ ἔτι περὶ τοῦ Δεκελειόθεν· ἐν οἷς ἔλεγε μὴ παρὰ τὸ Δεκέλεια παρῆχθαι, παρὰ δὲ τὸν μετειληφότα τοῦ δήμου Δεκελέα, ὥστε παρὰ γενικὴν τὴν Δεκελέος Δεκελεόθεν εἶναι καὶ μετὰ περισσοῦ τοῦ ι Δεκελειόθεν.*

Non raro autem formas derivatas pro *α* habere in commissuris *ο* recte Apollonius observavit. A *Δεκέλεια* fingendum erat *Δεκελειᾶθεν*, dictum vero *Δεκελειόθεν* non solum a Callimacho, ut est apud Stephanum Byz. p. 224, 7, sed iam a Lysia c. Pancl. c. 2. Quam vocalis mutationem non ab omni analogia destitutam esse praeter *Μήθυμνα Μηθυμνόθεν*, quod Apollonius adscripsit exemplum, etiam *Κίκυννα Κικυννόθεν* (Arist. Nub. v. 134) declarat. Num vero etiam de *Ἀπείρηθεν* (Od. VII 9) eodem loco Trypho disseruerit, ex Apollonii verbis diiudicare non ausim.

15 (76). Apollonius de adv. p. 611 adverbia in *δόν* a substantivis petita aut *α* aut *η* in syllaba paenultima habere monens haec de Tryphone servavit v. 4: *Ἐσημειοῦτο πρὸς*

Τρύφωνος τὸ βοτρυδόν, ὅπερ διὰ τὴν φυλάσσουσαν γενικὴν τὸ υ δύναιτο[9]) ἂν ἔχειν ἀναλογίαν.

Βοτρυδόν etiam in schol. Dionys. Thr. p. 941, 25 μονῆρες vocatur. Quae forma cum productum habeat υ, suspicio oritur eam per contractionem e βοτρυηδόν factam esse, cui haud parum opitulatur νεκυηδόν teste Herodiano π. μον. λέξ. p. 46, 7 ab Euphorione usurpatum; cf. Lobeckium Paral. p. 155 not.

16 (77). Et. M. p. 481, 10: Ἰώ τὸ ἐπίρρημα ἐκ τοῦ ἰωή κατὰ συγκοπήν· Τρύφων δὲ λέγει, ὅτι τὸ ὦ τὸ κλητικὸν προσέλαβε τὸ ι καὶ ἐγένετο ἰώ.

Praeter Zonaram, qui p. 1140 eadem servavit, a nullo Tryphonis sententiam receptam videmus. Grammaticorum, qui etiam in interiectionibus analogiae vim valere opinati sunt, rixas Herodianus sedavit in libro περὶ παθῶν teste Et. M. l. l. haec scribens: σχετλιαστικὸν καὶ βακχευτικὸν οὐχ ὑποπίπτει ἀναλογίᾳ.

XII.
ΠΕΡΙ ΡΗΜΑΤΩΝ ΕΓΚΛΙΤΙΚΩΝ ΚΑΙ ΑΠΑΡΕΜΦΑΤΩΝ ΚΑΙ ΠΡΟΣΤΑΚΤΙΚΩΝ ΚΑΙ ΕΥΚΤΙΚΩΝ ΚΑΙ ΑΠΛΩΣ ΠΑΝΤΩΝ.

Quae libri a Suida tradita inscriptio num ab ipso Tryphone profecta sit, dubitandi suppetit caussa. Nam aut separatorum voluminum nomina aut quae eiusdem fuerant partes, lexicographus ille unum in titulum conglutinasse videtur. Certe alii eandem materiam dispescuerunt, ut exemplo utar, Apollonius Dyscolus, qui περὶ προσταχτικῶν scripsit[1]) atque adeo περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ προστακτικῶν ῥημάτων Heracleo grammaticus[2]). Fuit tamen fortasse Apollonii ille tractatus quinque περὶ ῥημάτων librorum pars, qui iidem pariter ac Georgii Choerobosci de verbis quaestiones ῥηματικόν vocabantur. Haud incommode igitur quam Suidas exhibet, inscriptionem in plures divellas aut περὶ ῥημάτων sive ῥηματικόν ei substituas. Ut ut est, pertinent eo quae in Cram. An. Ox. III p. 269, 26 leguntur:

---

9) Cod. ἐδύνατο ἄν, Lehrsius ad Herodiani l. l., quamvis dubitanter, ἀδύνατον ἦν rescribendum esse censuit.

1) Cf. de constr. or. I p. 77.

2) Cf. Suid. v. Ἡρακλέων.

1 (78). *Σημείωσαι, ὅτι τὸ ἐσσί σχηματίζεται ὁ Τρύφων καὶ ὁ τούτου μαθητὴς Ἀπολλώνιος καὶ ὁ τοῦ Ἀπολλωνίου υἱὸς ὁ Ἡρωδιανὸς ἀπὸ τοῦ ἐσμί* [3]).

Ubi nisi quid post Tryphonis nomen intercidit, errorem inesse iam pag. 2 monuimus. Nam cum creberrime Apollonio cum Tryphone, Ammonii filio, rem fuisse constet, non satis caussae subesse videtur, cur ad cognominem grammaticum aliquem [4]) confugiamus. Illorum igitur opinioni quattuor de caussis Philoponus (cf. An. Ox. l. l.) adversatus est: *πρῶτον ἀπὸ τῆς παραληγούσης, ὅτι ἔχει τὸ σ καὶ μ· δεύτερον ὅτι θέσει μακρά· τρίτον ἀπὸ τοῦ χαρακτῆρος ἀνελληνίστου τυγχάνοντος τοῦ ἐσμί* [5])· *τέταρτον ἀπὸ τοῦ τόνου. τὰ γὰρ εἰς μι πλὴν τῶν ἐγκλινομένων ἢ προπερισπῶνται ἢ προπαροξύνονται.* Itaque Trypho et qui eum sequebantur, Apollonius atque Herodianus, formam *ἐσμί* eamque inclinationi non obnoxiam effinxerunt. Eodem iudicio forsitan etiam scholiasta Lips. Il. I 176 et Choeroboscus in Bekk. An. p. 1375 usi sint. Contra alii ad *ἐμί* redire maluerunt; cf. Eust. in Il. p. 76, 24, Phav. ecl. p. 209, 25, schol. Od. I 297.

2 (79). Ex eadem quaestione manifesto haec quoque in Cram. An. Ox. III p. 270 repetita sunt: *Διὰ τί δὲ οὐκ ἔστι τὸ ν ἐφελκυστικόν; διότι κατὰ μὲν Τρύφωνα* [6]) *πλεονασμὸν ἔχει τοῦ ι, κατὰ δὲ Φιλόπονον, ὅτι καθ' ὑπέρθεσιν ἐγένετο.*

Ab *ἐσμί* igitur effecit Trypho *ἔσς*, tum *ἐσσί*. Tryphonis placitum repetivit Eustathius in Il. p. 76, 30, in Od. p. 1408, 15, Phavor. ecl. p. 209, 29, 210, 10. cf. Hort. Adon. p. 179 fol. vers. Veram autem esse caussam hanc, quod *ν* paragogicum tertiarum est personarum proprium, quis non intelligat?

3 (80). Choeroboscus ed. Gaisf. II p. 518, 19: *Δεῖ γινώσκειν ὅτι τινές, ὧν εἷς ἐστὶ καὶ ὁ Τρύφων, ἠθέλησαν φυσικῷ λόγῳ ἐξετάσαι καὶ εἰπεῖν, ὅτι τὸ η καὶ τὸ ω ἐν τοῖς παρῳχημένοις μείζονά εἰσι τοῦ η καὶ τοῦ ω τῶν ἐν ἐνεστῶτι, ἐπειδὴ ἀεὶ ὁ παρῳχημένος χρόνος πλέον τί ποτε ἐπιδέχεται τοῦ ἐνεστῶτος ἢ χρόνον ἢ συλλαβήν. συλλαβὴν μέν, οἷον τύπτω ἔτυ-*

3) Cramerus *εἰμί*.

4) De Tryphonibus, quorum notitia ad nostram usque memoriam perlata est, vide M. Schmidtii de Tryphone Alexandrino commentationem p. 1—9.

5) Cramerus *εἰμί*.

6) Eieci, quod erat post Tryphonis nomen, *ὅτι*.

πτον, γράφω ἔγραφον, λέγω ἔλεγον· χρόνον δέ, οἷον ἄγω ἦγον, ἐλέγχω ἤλεγχον, ὀμνύω ὤμνυον. οὐκοῦν καὶ τὸ η τὸ ἐν τῷ παρατατικῷ μεῖζόν ἐστι τοῦ η τοῦ ἐν τῷ ἐνεστῶτι. Cf. Bekk. An. p. 1172.

Trypho analogia ad ineptias delatus est. Cui Apollonius comparatione usus resistit; quemadmodum enim, inquit, corpora ad iustam usque magnitudinem aucta crescere desinunt, ita neque longae syllabae augescere queunt.

XIII.
ΠΕΡΙ ΡΗΜΑΤΩΝ ΑΝΑΛΟΓΙΑΣ ΒΑΡΥΤΟΝΩΝ.

Cuius voluminis, quod unum fuisse Suidas testatur, etsi quale fere universum fuerit argumentum, ex ipso titulo divinamus, singula tamen ignoramus. Itaque cunctanter huic libro assigno, quae in Epim. Hom. p. 101, 32 servata sunt:

1 (81). Γνώτην. ῥήματος δεύτερος ἀόριστος. τὸ θέμα ἄδηλον· οὐ γὰρ εὑρέθη ἐπὶ τρίτης συζυγίας, εἰ μὴ τὸ δίδωμι. τὰ δ' ἄλλα καθ' ὑπόστασιν λαμβάνομεν· ἄλωμι [1]), βίωμι [2]), τίτρωμί τε καὶ γίγνωμι, * ὡς ἀπὸ τοῦ γνῶμι, γνῶ, γίγνωμι, ὡς τίτρωμι καὶ τίτρημι· καὶ γὰρ καὶ πρώτης καὶ τρίτης λέγεται. οὕτω Φιλόξενος καὶ Τρύφων.

Themata ΓΝΩ et ΓΝΩΜΙ etiam in Et. M. p. 237, 20 proponuntur. Philoxeniae observationis sedes procul dubio in libro περὶ μονοσυλλάβων ῥημάτων fuit.

XIV.
ΠΕΡΙ ΟΡΘΟΓΡΑΦΙΑΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΑΥΤΗΙ ΖΗΤΟΥΜΕΝΩΝ.

Titulum, ut a Suida traditur, proposui; at cum περὶ ὀρθογραφίας [1]) Apollonius Dyscolus (cf. de constr. or. III p. 270), Herodianus (cf. Orio, Steph. Byz.), Orus, Draco (cf. Suid. s. v.), Eudaemo, Arcadius (cf. Steph. Byz.), Theognostus (cf.

---

1) Cramerus ἄλωμι.

2) Cramerus βόωμι.

1) Quot partibus orthographiae disciplina constiterit, docet Sextus Emp. adv. gramm. p. 638, 15: τὴν ὀρθογραφίαν φασὶν ἐν τρισὶ κεῖσθαι τρόποις, ποσότητι, ποιότητι, μερισμῷ. Cf. An Ox. IV 331, 22.

Bekk. An. p. 367, 8), Choeroboscus alii libros suos inscripserint, etiam Tryphoni idem restituendum censeo. Videtur autem nihil praeter unum fragmentum superare, quod est in Cram. An. Ox. II p. 72, 10:

1 (82). *Κνωσός δι' ἑνὸς σ, Τρύφων δὲ διὰ δύο.*

Grammaticorum nullum teneo aliud hac de re testimonium. Videamus ergo, quibus quaeque scriptura testimoniis nitatur. *Κνωσός*, *Κνώσιος* etc. praeter titulum quendam in Corp. Inscr. n. 3053 exhibent codex Venetus Il. II 646, XVIII 591 [2]), tum omnes libri Pindari Ol. XII 18, optimi Sophoclis Ai. v. 690, Platonis Leg. I p. 625a, 629c, Minos p. 319b ex Od. XIX 178. Quibus accedant Apollonius Argon. IV 434, Polybius IV 53—55, XXIII 15, XXIX 1e, XXXI 1. Diodorus XVI 62, Maximus Tyrius Diss. XXI, Dio Cassius XLIX 14, Oppianus Hal. IV 275, Anth. Pal. II p. 399, Hesychius s.v. E Romanis laudemus Vergilium Georg. I 222, Aen. III 115, V 306, VI 23, 566, IX 305, ubi constanter codex Mediceus, ‚Gnosus, Gnosius' praebet; tum Propertium I 3, 2, Ciceronem de Leg. I 5, Ovidium Met. III 208, VII 471, VIII 52, 144. Cf. Drakenb. ad Liv. XXXVII 60, 3, Bernh. ad Dion. Per. p. 604.

Duplex autem σ posterioribus demum aetatibus admissum esse videtur; exstat enim scriptura ista apud Lycophronem Alex. 1214, Strabonem X p. 476—479, 481, Pausaniam II 21, 3, IX 40, 3, Plutarchum Thes. 19, Scymnum Per. 581, Dionysium Descr. Gr. 123, Quintum Posthom. XI 42, Stephanum Byz. p. 106, 4; 229, 7; 493, 11. Inter Romanos habent eam Horatius Carm. I 15, 17 [3]), Livius XXXVII 60, 3, XLII, 51, 7, Plinius NH. IV 20, VII 38. De aliis vocabulis in *ωσος* vel *ωσσος* conferas Lobeckium Pathol. p. 418.

XV.

ΠΕΡΙ ΠΑΡΩΝΥΜΩΝ.

Quo in libro etsi Trypho nimirum de propriis potissimum nominibus disputavit, tamen cum paronymorum notionem non tam artis finibus circumscriptam fuisse gravissimus auctor sit Aristoteles Categ. 1: *παρώνυμα λέγεται ὅσα ἀπό τινος διαφέ-*

---

2) Ubi Athenaeus V p. 181a *Κνωσσός*.

3) Orellius ‚Cnosius'.

ροντα τῇ πτώσει τὴν κατὰ τοὔνομα προσηγορίαν ἔχει, οἷον ἀπὸ τῆς γραμματικῆς ὁ γραμματικὸς καὶ ἀπὸ τῆς ἀνδρείας ὁ ἀνδρεῖος, alias [1]) quoque voces ibi Trypho tractasse existimandus est. Id quod etiam de reliquis grammaticis, qui de paronymis libros composuerunt, velut de Apollonio et Herodiano, constat; cf. schol. Ven. Il. I 508, XIII 102. Utrum vero Trypho in distribuenda materia paronymorum an primitivorum exitus spectaverit, e reliquiis assequi non licet.

1 (83). Steph. Byz. p. 23, 5: *Ἔστιν τὸ μὲν ἀγυιεύς ἀπὸ τοῦ ἀγυιά, ὡς Τρύφων φησὶν ἐν παρωνύμοις ‚πᾶν εἰς α θηλυκὸν ἰσοσύλλαβον ἔχει τῇ εὐθείᾳ καὶ τῇ γενικῇ τὸ παρώνυμον, Μοψοπία Μοψοπιεύς, Ἐρετριεύς, Φωκαιεύς, Θεσπιεύς‘.*

Derivata in *εύς* Tryphonem respexisse et ex exemplis apparet neque in reliqua praeceptum illud quadraret. Quod quamquam saepissime recte se habet, haud pauca tamen esse, quae ei repugnent, iam observavit Habro, Tryphonis discipulus, cf. Steph. Byz. p. 49, 2 [2]). Etenim non ab urbium nominibus in *εια*, sed a conditoribus plerumque gentilicia formantur, ut *Ἀλέξανδρος Ἀλεξανδρεύς, Σέλευκος Σελευκεύς, Ἀντίοχος Ἀντιοχεύς, Δέκελος Δεκελεύς.* Plura exempla habet Lobeckius Paral. p. 26. Neque raro si oppidi nomen aliquod in *εια* desinens ab alia forma in *η* deductum est, hanc breviorem gentilicium sequitur; ita non ab *Ἀγάμμεια*, sed ab *Ἀγάμμη* dictum *Ἀγαμμεύς*, cf. Steph. Byz. p. 11, 15; 13, 4; 44, 7; 60, 17; 103, 9; 203, 11; 377, 20.

2 (84). Simillimum est Tryphonis praeceptum apud Stephanum Byz. p. 596, 6: *Τρύφων ἐν τῷ περὶ παρωνύμων ὧδέ φησι ‚τὰ εἰς εύς λήγοντα παρώνυμα οὐδέποτε τῆς γενικῆς τοῦ πρωτοτύπου μιᾷ πλεονάζει. ὁ γοῦν Φωκαεύς οὐ παρὰ τὸν Φῶκον γέγονε, παρὰ μέντοι τὴν Φώκαιαν, καὶ ὁ παρὰ Καλλιμάχῳ Ἐλλοπιεύς παρὰ τὴν Ἐλλοπίαν, οὐ παρὰ τὸν Ἔλλοπα. ὁ δὲ παραρρέων τὸν Σχοῖνον ποταμὸς Σχοινεύς καλεῖται ‚ἤτοι*

---

1) Simplicius ad Arist. Categ. f. 5b: *τῶν παρωνύμων ἂν εἴη, φησὶν ὁ Πορφύριος, καὶ τὰ πατρωνυμικὰ καὶ τὰ συγκριτικὰ καὶ τὰ ὑπερθετικὰ καὶ τὰ ὑποκοριστικά. τὸ δὲ πασσαλόφι καὶ τὸ ἦφι καὶ τὸ βίηφι, ἅπερ παράγωγά τινες ἐκάλεσαν, οὐκ ἂν εἴη παρώνυμα. δεῖ γὰρ μὴ τὸ αὐτὸ ἀπαραλλάκτως σημαίνειν τὰ παρώνυμα.* Aliter Dionysius Thrax p. 634, 24.

2) Etiam quae Stephanus Byz. p. 284, 5 habet, ex Habrone repetita videntur.

παρὰ τοὺς σχοίνους ἢ παρὰ τὸν Σχοινέα τὸν τῆς Ἀταλάντης πατέρα'.

Haud dubie igitur a Tryphone profecta sunt, quae leguntur apud Stephanum Byz. p. 91, 6: *τὰ εἰς εὺς ἀπὸ τῶν εἰς η θηλυκῶν ἰσοσυλλαβεῖ τοῖς πρωτοτύποις.* Recte. At quaeritur, quid sit *πρωτότυπον. Φωκαεύς* probatur in Et. M. p. 389, 10; cf. frg. 88: *κατ' ἔθος Ἀττικὸν ἔνδειάν φησι τοῦ ι. Ἐλλοπιεύς*[3]), quod usurpavit Callimachus h. in Del. v. 20, ab *Ἐλλοπία* etiam in Et. M. p. 389, 8 et schol. Soph. Trach. v. 1164 derivatur. Schoeneum vero et Atalantae patris et fluminis nomen fuisse Tryphonem fortasse secutus observavit discipulus eius Habro teste Stephano Byz. p. 11, 10. Contra Strabo IX p. 408 oppidum, sicuti Pausanias VIII 35, 10 fluvium appellat *Σχοινοῦς*. Ceterum etiam Boeoticae urbi *Σχοῖνος* ab eodem Schoeneo nomen inditum esse legimus in schol. BDL Il. II 497.

3 (85). Stephanus Byz. p. 106, 16: *Ἀπολλωνία. Τρύφων ἐν τῷ περὶ παρωνύμων τὸ ἐθνικὸν εἶπεν Ἀπολλωνιεύς· ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς πόλεως, ἀλλ' ἐκ τοῦ Ἀπολλώνιον, ὡς Δουλίχιον Δουλιχιεύς.*

En habes paronymum a Tryphone secundum regulam suam formatum usu repugnante, qui *Ἀπολλωνιάτης* efflagitat, formam multis scriptoribus usitatam. Contra *Ἀπολλωνιεῖς* testibus Hesychio s. v. et Stephano Byzantio ad tribum Attalicam pertinebant. Denique de forma *Ἀπολλώνιον* cf. Lobeckium ad Phryn. p. 368.

4 (86). Stephanus Byz. p. 459, 13: *Μυκάλη. τὸ ἐθνικὸν Μυκαλήσιος, ὡς Ἰθακήσιος. Τρύφων δὲ Μυκαλεύς φησιν ἐν παρωνύμοις.*

Μυκαλεύς tametsi nunc nusquam occurrit, tamen secundum analogiam factum est, ut *Θεσσαλονίκη Θεσσαλονικεύς, Ἀνθήνη Ἀνθηνεύς, Σινώπη Σινωπεύς.* Quin etiam duplicem exitum in *εύς* et *ήσιος* reperimus in *Ἀφύτη Ἀφυτεύς Ἀφυτήσιος* et *Ἑλίκη Ἑλικεύς Ἑλικήσιος.*

5 (87). Stephanus Byz. p. 245, 18: *Δυσπόντιον. μέμνηται αὐτῆς καὶ Τρύφων ἐν παρωνύμοις γράφων οὕτως τὸ ἐθνικόν ,οἱ δὲ Δυσποντεῖς οὐ παρὰ τὴν πόλιν Δυσπόντιον κα-*

3) Inde etiam apud Hesychium pro *Ἐλλοπίνες* reponendum esse *Ἐλλοπιεῖς* iamdudum viri docti senserunt.

λοῦνται (ἐλέγοντο γὰρ Δυσποντιεῖς), παρὰ δὲ τὸν Πέλοπος υἱὸν Δύσποντον'.

Recte Trypho a Δυσπόντιον deduci Δυσποντεῖς observavit, qua in re postea Dionysius, illius vel filius vel discipulus, peccavit, cf. Stephanum Byz. p. 142, 11. Contra a Pausania VI 22, 4 incolae Δυσπόντιοι vocantur, urbis autem conditor Δυσποντεύς, Oenomai filius. Utrum sequamur, incerti haeremus. Nam si analogiam nominis Μεταπόντιον spectamus, quod Μετάποντος quidam condidisse fertur, cuiusque gentilicium Μεταπόντιος est, efficiuntur inde Δύσποντος et Δυσπόντιοι. Sunt tamen aliquot oppidorum nomina, quorum duplex est gentilicium in ιος et ευς. Ita ab Ἅλος facta Ἅλιος et Ἁλεύς, ab Ἀσπίς Ἀσπίδιος et Ἀσπιδεύς. Ex usu autem Δυσποντεύς Tryphonem repetisse manifestum est.

6 (88). Stephanus Byz. p. 67, 13: Ἁλαὶ Ἀραφηνίδες καὶ Ἁλαὶ Αἰξωνίδες. Τρύφων ἐν παρωνύμοις ,Ἁλαῖος τρισυλλάβως καὶ Ἁλαιαῖος τετρασυλλάβως. [ἀπὸ δὲ τοῦ Ἁλαῖος λέγεται Ἁλαιεύς], ὡς Ληναῖος Ληναιεύς, Κρηταῖος Κρηταιεύς'. ἀλλ' ἐν τοῖς ἑξῆς κατ' ἔθος Ἀττικὸν * ἔνδειάν φησι τοῦ ι'.

Quae uncinis inclusa sunt vel similia supplenda vidit Meinekius. Ergo quattuor efficiuntur formae, Ἁλαῖος, Ἁλαιαῖος, Ἁλαιεύς, Ἁλαεύς. Quamquam Ἁλαῖος et Ἁλαιαῖος nusquam nunc reperiuntur 4), potuit tamen ab Ἁλαί fieri Ἁλαῖος, tum Ἁλαιαῖος ab Ἁλαῖαι, quemadmodum Boeoticae Ἁλαί a Plutarcho Sull. 26 vocantur; cf. Groskurdum ad Strab. IX p. 405. Ἁλαιεῖς et Ἁλαεῖς praeter titulos exhibent Antiphanes apud Athenaeum VII p. 329e, Demosthenes c. Con. 31, Strabo IX p. 398, Harpocratio s. v. Tum de Ληναῖος et Ληναιεύς cf. Stephanum Byz. p. 413, ubi fortasse v. 15 καὶ Ληναϊκός καὶ Ληναιεύς post Ληναῖος v. 17 transferenda sunt. Denique Κρηταῖος dixit Callimachus h. in Iov. 34, in Dian. 41; Κρηταιεύς habemus in titulo Cretensi n. 2561 b, 22, c 1, apud Apollonium Argon. I 1129, in Anthologia Pal. I p. 435, 442, 506; Κρηταεύς apud Callimachum h. in Dian. 205. Ita dictum etiam Ἀρισβαῖος, Ἀρισβαιεύς, Κορωναῖος Κορωναιεύς, Κρωμναῖος Κρωμναιεύς, Κυταῖος Κυταιεύς, Οἰταῖος Οἰταιεύς, Πυθαῖος Πυθαιεύς et quae collegit Lobeckius Paral. p. 27.

---

4) Erravit Papius Onomast. Ἁλαῖα ad Ἁλαί referens; sunt autem Ἀλαῖα ludi Minervae Aleae, v. Paus. VIII 47, 1, 4.

7 (89). Stephan. Byz. p. 414, 6: *Λητωεύς, δῆμος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ὡς Τρύφων ἐν τῷ περὶ παρωνύμων, ὅτι παρὰ τὸ Λητῷος κτητικὸν σχηματίζεται.*

8 (90). Stephanus Byz. p. 301, 6: *Ἦλις. Τρύφων φησίν, ὅτι Ἠλίεος καὶ Ἠλέιος καὶ Ἠλεῖος.*

Librorum lectionem Meinekius ex Eustathio in Il. p. 303, 40 emendavit. Ad usitatum nomen gentile cum Stephanus, quem sequitur Et. M. p. 426, 32, hac ratione perveniat, *Ἦλις, Ἤλιδος, Ἠλίδειος, Ἠλίειος, Ἠλεῖος*, Trypho, quemadmodum coniecit Meinekius, hanc viam ingressus videtur: *Ἦλις, Ἥλιος, Ἠλιεύς, Ἠλιέος, Ἠλιέιος, Ἠλεῖος*, nisi pro *Ἠλιέιος* praeferas *Ἠλέιος*, formam per metathesin ex *Ἠλιέος* factam. *Ἠλιεύς* servatum est in Et. M. p. 426, 39. *Ἠλέιος* etiamsi nusquam legitur, dici tamen potuit, ut *ἀρέιος* (Et. M. p. 139, 51), *Ἀργέιος* (Bekk. An. p. 1339, Phav. ecl. p. 131, 22) et quae collegit Boeckhius ad Soph. Ant. v. 106.

9 (91). Stephanus Byz. p. 147, 1: *Αὐλίς, πόλις Βοιωτίας κατὰ Χαλκίδα, εἰς ἣν ἠθροίσθησαν οἱ Ἕλληνες. Τρύφων παρὰ τὸ ἀλισθῆναι ἀλίς καὶ Αὐλίς.*

Neque aliunde derivatur *Αὐλίς* apud Eustathium in Il. p. 226, 2 et in locis a Meinekio allatis, Eust. in Il. p. 265, 8, Epim. Hom. p. 15, 4 sive Et. M. p. 170, 19, Gud. p. 93, 20. Alios in *αὐλίζεσθαι* nominis illius originem quaesivisse praeter locos modo laudatos docent schol. AD Il. II 303, B 496. Unde Hesychius *αὐλίς* interpretatur *λιμήν*, cf. *Αὐλίδα* et *ἐς Αὐλίδα*. Ab Aulide, Euonymi filia, non solum a Stephano l. l., verum etiam in schol. D. Il. II 496 deducitur; quam Ogygi fuisse Mnaseas dixerat, cf. Paus. IX 19, 6, Phot. lex. p. 446, 24.

10 (92). Schol. Hesiodi Theog. v. 389: *Ὠκεανίνη. τὰ τοιαῦτα ὀνόματα ὁ μὲν Ἅβρων φησὶ πατρωνυμικά*[5]*), Ὠκεανίνη, Ἀδρηστίνη, Αἰητίνη· Τρύφων δὲ παρώνυμα, ἐπεὶ οὐκ ἔχει ἄρρενα παρακείμενα πατρωνυμικῶς τοῦ αὐτοῦ [πρωτοτύπου].*

Patronymica a nonnullis inter paronyma relata esse docuimus p. 58. Habronis sententiam iamdudum proposuerat Dionysius Thrax p. 635, 1, quam recepit Eustathius in Il. p. 776, 5. *Ὠκεανίνη* habet Hesiodus Th. 389, Callimachus h. in Dian. 13, 62, Oppianus Cyn. II 118, *Ἀδρηστίνη* Homerus

5) Gaisf. *παρωνυμικά.*

Il. V 412, Αἰητίνη Dionysius Per. 490. Quibus addamus Εὐηνίνη ex Il. IX 557, Εὐκολίνη ex Corp. I. n. 781, 7; 946, 1; 1021, 2, Νηρηίνη ex Oppiano Hal. I 386 et Quinto Posthom. III 125 passim, Κλεοβουλίνη ex Athenaeo X p. 448b, Θειαντίνη e Maximo περὶ καταρχῶν v. 191, 270, 595, Neptunine e Catullo LXIV 28. Contra Ἑκαλίνη deminutivum esse testatur Plutarchus Thes. 14: Ἑκάλην ἐτίμων Ἑκαλίνην ὑποκοριζόμενοι. Plura invenies apud Lobeckium Pathol. p. 216.

11 (93). Schol. Dionysii Thr. p. 849, 3: Προέταξε (sc. ὁ Διονύσιος) δὲ τὸ πατρωνυμικόν, ὅτι πάντως ἀπὸ κυρίου γίνεται. διὰ τοῦτο ἁμαρτάνει ὁ Τρύφων τὸ Τελαμωνιάδης ἀπὸ τοῦ Τελαμώνιος λέγων. ἐπλάνησε δ' αὐτὸν ἴσως τὸ Λαερτιάδης παρὰ τὸ Λαέρτιος γεγονός.

Trypho propter regulam quandam, servatam ab Eustathio in Il. p. 13, 18: τὰ εἰς δης ἀπαθῆ πατρωνυμικὰ μιᾷ συλλαβῇ πλεονάζει τῆς γεννήτορος πρωτοτύπου γενικῆς, ἀφ' ἧς ἡ πατρωνυμία γίνεται, a Τελαμώνιος formam Τελαμωνιάδης repetisse videtur. Sequuntur eum Et. M. p. 540, 38 sive Gud. p. 348, 51, contra a Τελαμῶνος genitivo arcessitur in Epim. Hom. p. 261, 347, Et. M. p. 556, 29 sive Gud. p. 362, 40, Eust. in Il. p. 13, 15 sive Phav. ecl. p. 358, qui α illud pariter atque in Πηληιάδης, Νηληιάδης, Μηκιστιάδης numeri caussa additum iudicat. Tryphonis sententiam defendit Lobeckius Pathol. p. 478.

XVI.

ΠΕΡΙ ΑΡΧΑΙΑΣ ΑΝΑΓΝΩΣΕΩΣ.

Praeferenda videbatur haec inscriptio alteri, περὶ τῆς ἀρχ. ἀναγν. quae solum in schol. Ven. Il. V 299 exstat. Fuit autem opus pluribus constans libris, quorum primus in schol. Ven. Il. III 122, V 299 laudatur. De argumento quamquam Schmidtio de Tryph. p. 16 prosodiam, id est aspirationem atque accentus [1]), tum verborum distinctionem Tryphonem tractasse concedo, haudquaquam tamen id e Dionysii Thracis p. 629, 14 verbis consequitur, quae manifesto aliam atque Tryphoniam illam ἀνάγνωσιν significant. Idcirco materiam, prout Homeri versus ansam praebebant, non secundum res expositas

---

1) Cf. schol. Dionys. Thr. p. 674, 1.

distributam fuisse existimem. Veterum autem ibi grammaticorum, cum aliorum tum Aristarchi, quae Homerum spectabant, observationes conferebat. Tryphonis num etiam in Odyssea interpretanda versatum sit studium, quantum quidem e fragmentis perspicitur, dubium est. Moneamus denique maximam fragmentorum partem, fortasse omnia nobis ex Herodiani Iliaca prosodia fluxisse.

1 (94). Schol. Ven. Il. III 122: *Βαρύνειν δεῖ τὸ γαλόῳ· τὰ γὰρ εἰς ως θηλυκὰ ὑπὲρ μίαν συλλαβήν, βραχείᾳ παραληγόμενα, βαρύνεται, ἅλως, Κέως, ἕως· οὕτω* [*καὶ*[2])] *γάλως. τοῦτο δὲ ἀξιοῖ Τρύφων ἐν τῷ ά περὶ ἀρχαίας ἀναγνώσεως.* Quibus ex Eustathio in Il. p. 391, 43 haec addenda esse videntur: *τοῦ δὲ γάλως ἡ δοτικὴ γάλῳ καὶ πλεονασμῷ τοῦ ο γαλόῳ, οἷον ‚εἰδομένη γαλόῳ, Ἀντηνορίδαο δάμαρτι'. τοιοῦτόν τι ἔπαθε καὶ ἡ τοῦ Ἄθω γενικὴ ἐν τῷ ‚ἐξ Ἀθόω δ' ἐπὶ πόντον ἐδύσετο'.*

Etenim non solum quae de dativis *γάλῳ* et *γαλόῳ* apud Eustathium leguntur quaeque Tryphoni reddenda esse vidit Lehrsius, verum etiam quae ab illo de *Ἀθόω* adnotata sunt, eidem restituenda et cum priore quaestione coagmentanda existimo; siquidem de utraque forma coniunctim Trypho disputasse videtur propter locum quendam Epimerismorum Hom. p. 146, 13: [*γαλόῳ*], *γάλῳ γάρ, καὶ ἐξ Ἀθόω, Ἄθω γάρ· ἐν δὲ τῷ λαγωός οὐκ ἐπένθεσις τοῦ ο, ἀλλὰ διοσὴ ἡ χρῆσις· λαγώς γὰρ καὶ λαγωός· οὐχ ὡς Τρύφων δὲ οἴεται ταῦτα Βοιωτῶν εἰσὶ διαλέκτου. Γαλόῳ* commendatur etiam ab Herodiano in schol. Ven. Il. XXII 473, Et. M. p. 220, 16 cf. Epim. Hom. p. 100, 27, Eust. in Il. p. 1281, 8 Suid. s. v.[3]). Ita pluralis quoque nominativus apud Callimachum h. in Dian. v. 135 scriptus exstat. Facit praeterea cum Tryphone Arcadius p. 94, 9: *τὰ εἰς ως θηλυκὰ πολυσύλλαβα βαρύνεται, ὅσα βραχείᾳ*[4]) *παραλήγει, Κέως, Τέως, ἅλως, ἕως.* Deinde ille *Ἀθόω* scripsit in Il. XIV 229, quam scripturam Herodianus quoque in libro *περὶ παθῶν* probavit Atticum ω solum in terminatione εω admittens, cf. Et. M. p. 347, 9. Contra alii

---

2) *Καὶ* addidi ex Eustathio in Il. p. 391, 42 sive Phavorino lex. p. 400, 47.

3) Cf. Herm. de em. gramm. p. 27.

4) Ita cod. Havn. pro *βραχέα*.

γάλοφ praetulerunt, ut docet Goettlingus de accent. p. 289; itaque Eustathius in Il. p. 980, 49 antiquitus Ἄθοω praestitisse tradit, ut ex Ἄθω genitivo vel Ἄθωο factum; cf. in Il. p. 479, 5, in Od. p. 1830, 62. Denique de λαγωός vide frg. 19.

2 (95). Schol. ABD Il. IV 43: Δοκεῖ πως ἐναντίον εἶναι τὸ ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ· διὸ καλῶς ὁ Τρύφων, συναλείψας ἐν τῷ δῶκα συνάπτει τὸ ἑκών. Cf. schol. L.

Errasse Tryphonem liquido apparet. Vulgarem lectionem ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ optimis libris firmatam scholiastae l. l. et Soph. Trach. v. 1261 tuentur. Oxymorum suavissimum etsi nusquam repetitum legitur, habet tamen haud infirmum adminiculum ex aliis locis, ubi ἑκών et ἄκων iuxta posita videmus; veluti in Il. VII 197 οὐ γάρ τίς με βίῃ γε ἑκὼν ἀέκοντα δίηται, quamquam ibi Aristarchum ἑλών praetulisse non sum nescius. Similia habes in Il. VI 165, Od. V 155.

3 (96). Schol. ALV Il. V 289: Ταλαύρινον. Ἀρίσταρχος ψιλοῖ τὸ ρ· οὐ γάρ, φησί, σύνθετον δεῖ νοεῖν τὸν σχηματισμόν, ἀλλὰ κατὰ ἁπλῆν ἔννοιαν τὸν εὔτολμον καὶ ἰσχυρόν. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀριστοφάνης. Τρύφων [5]) δὲ σύνθετον αὐτὸ ἐκδέχεται παρὰ τὸ ταλαόν καὶ τὴν ῥινόν, ὁμοίως τῷ ταναόποδα ταναύποδα. εἴτε δὲ λεκτὸν ἔχει τὸ ἐπὶ τέλους εἴτε παρέλκει, ὀφείλει φυλάττεσθαι τὸ πνεῦμα· οὕτως γὰρ διελάβομεν καὶ περὶ τοῦ μελιηδέος οἴνου, ᾧ καὶ αὐτὸς συγκατατίθεται. Quae iisdem fere verbis ex antiquis commentariis Apionis, opinor, et Herodori tradit Eustathius in Il. p. 524, 3. Similia Philemon p. 150: Τρύφωνι δὲ ἀρέσκει σύνθετον εἶναι τὴν λέξιν παρὰ τὸ ταλαόν καὶ τὸ ῥινός· διὸ καὶ ἐδάσυνε τὸ ρ. Cf. Phav. lex. p. 1729, 39.

Cum Tryphone faciunt Et. M. p. 745, 11, Eust. in Il. p. 548, 22; 679, 25; 1243, 10, Cram. An. Par. III p. 208, 29. Aristarchi, quae iam Aristophanis Byzantii fuerat, sententiam habes in schol. Ven. Il. VII 239 [6]), apud Apollonium Soph. et Hesychium v. ταλαύρινος, Eustathium in Il. p. 548, 33. Qui cum alteram vocis partem notione carere opinarentur, spiritum asperum sustulerunt [7]). Nescio tamen an, etsi de significatione Tryphoni concedamus, de spiritu contra dicen-

---

5) Cod. A Τρόφων v. Villois. prol. p. XXX.

6) Ubi verbis οὐ γὰρ ἔγκειται ἡ ῥινός, ὥς φήθησάν τινες Trypho significatur; cf. Eust. in Il. p. 548, 32.

7) Cf. Ahrens de dial. Aeol. p. 20 not. 2, p. 35.

dum sit. Est enim cur in υ spiritum asperum sequentis ϱ delituisse existimemus.

4 (97). Schol. AL Il. V 299: *Ἀλκί. Τρύφων ἐν τῷ ά περὶ τῆς ἀρχαίας ἀναγνώσεώς φησιν, ὅτι Ἀρίσταρχος λέγει, ὅτι ἔθος τοῖς Αἰολεῦσίν ἐστι λέγειν τὴν ἰωκὴν ἰῶκα καὶ τὴν κρόκην κρόκα καὶ τὴν ἀλκὴν ἄλκα, ὡς σάρκα. εἰ δὲ ἄλκα, ὡς σάρκα*[8]*), καὶ ἀλκί, ὡς σαρκί.*

Eadem, omissa tamen libri Tryphonii mentione, habes apud Eustathium in Il. p. 549, 10, similia p. 75, 23, in Et. M. p. 66, 1; 481, 29. Contra Ptolemaeus Ascalonita[9]) nominativum *ἄλξ* effinxit, quem habet etiam Apollonius Sophista, cf. Hesych. v. *ἀλκί*, Et. M. p. 66, 3, Eust. in Il. p. 1136, 19; 1254, 6, Zonar. p. 127. Alii ad Aeolicum *ἄλκις* confugerunt, ut refert scholiasta Il. l. l. *Ἰῶκα* autem Aristarchus ex Il. XI 601, *κρόκα* ex Hesiodo Op. et D. v. 538 repetivit[10]); *ἄλκα* qui dixerit, nescio. Quibus formis praeter eas, quas collegerunt Buttmannus gramm. Gr. I p. 215 et Lobeckius Paral. p. 106, adiciamus *σκέπα* e schol. Ven. Il. XVI 697, *κνίδα* ex Oppiano Hal. II 429 et Eustathio in Il. p. 865, 31, *κατ' ἐνῶπα*, quam Aristarchi lectionem per metaplasmum explicuit Herodianus in schol. Ven. Il. XV 320[11]). Denique de *Δωδῶνος*, *Δωδῶνι*, *Δωδῶνα* vide Steph. Byz. p. 247, Ioann. Alex. p. 12, 3.

5 (98). Schol. Ven. Il. IX 147: *Ἐπιμείλια. Ἀρίσταρχος ἓν μέρος λόγου παρέλαβεν, ὡς ἐπιφέρνια, Ἀπολλόδωρος δὲ διαλύει ἐπί εἶτα μείλια. οὕτως δὲ καὶ Ἀλεξίων· καὶ ἔστι τὸ ἑξῆς ἐπιδώσω μείλια. Τρύφων δὲ ζητεῖ περὶ τοῦ τόνου, πότερον ὡς ποίμνια ἢ ὡς παιδία.*

Eadem fere tradit Eustathius in Il. p. 742, 60[12]). Quae apud Philemonem p. 183 leguntur, manifesto ex eodem fonte fluxerunt; Tryphonis tamen mentio fortasse simul cum aliis excidit. Ubi Herodori nomen quamquam Osanno in *Ἡρωδιανός* mutandum non erat, Herodori tamen regula ad Herodia-

---

8) Cod. *εἰ δὲ σάρκα, ὡς ἄλκα.*

9) Idem teste Herodiano in schol. Ven. Il. XVI 697, XVIII 352 nominativos *φύξ* et *λῖς* commentus est.

10) Eodem metaplasmo usus *κρόκες* dixit Antipater, cf. Anth. Pal. I p. 295.

11) Cf. Eust. in Il. p. 1017, 64, Et. M. p. 344, 57; 496, 7.

12) Scribendum illic *παιδία* pro *πεδία.*

num recte reicitur. Trypho igitur, Apollodorus, Alexio ἐπὶ μείλια scripserunt, quod quantum ad sensum Aristarchiae scripturae praestiterit. Unde factum ut μείλια etiam in lexica receptum sit, cf. Apoll. Soph. et Hesych. s. v., Et. M. p. 582, 30, Philem. p. 182, Arcad. p. 119, 18, Suid. s. v. Accentum qualem Trypho posuerit, ignoramus. Herodianus quidem μείλια probavit, quia vocabula trisyllaba in ιον, quae in tertia syllaba longum ι vel cum alia vocali coniunctum haberent, exceptis tamen deminutivis, tenorem in eam reicerent. De Aristarchi lectione ἐπιμείλια copiosius dixit Lehrsius p. 117; respicit eam Apollonius Soph. v. μείλια, exhibent codices Venetus et Vindobonenses. Factum inde verbum ἐπιμειλίξαι, quod servavit Hesychius.

6 (99). Schol. Ven. Il. X 252: Παροίχωκεν. οὕτως καὶ Δωρόθεος ἐν τριακοστῷ πρώτῳ τῆς Ἀττικῆς λέξεως ἀξιοῖ γράφειν, τὴν μὲν πρώτην διὰ τῆς οι διφθόγγου, τὴν δὲ δευτέραν διὰ τοῦ ω, παροίχωκεν, ἀποτεινόμενος πολλὰ πρὸς Ἀριστόνικον καὶ Τρύφωνα ἄλλως γράφοντας, ἐπιδείξας τὸ οἴχωκεν Ἰακόν. οὕτως δὲ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τεχνικὸς οἶδε τὴν γραφήν.

Trypho et Aristonicus quid posuerint, etiamsi non traditum accepimus, tamen eos rariorem formam παρῴχηκεν, quam hoc loco praeter libros et Choeroboscum in Bekk. An. p. 1249 Porphyrius quoque et Eustathius tuentur, praetulisse satis certum videtur. Quam formam Homero incognitam nunc praebent Polybius VIII 29 et Suidas s. v.; cf. Lobeckium ad Soph. Ai. v. 896. Contra οἴχωκα, quod a Dorotheo Ionicum appellatur non modo apud Herodotum I 189, IV 127, 165, VIII 72, 126 obvium est, sed etiam ab Atticis usurpatur, quorum locos collegit Kruegerus gramm. Gr. II 1 p. 134. Grammatici utramque formam, οἴχωκα vel ᾤχωκα et ᾤχηκα, norunt, cf. Tryph. περὶ παθῶν λέξεων § 40, Et. M. p. 655, 1; 662, 41, Zonar. p. 1900, Phav. ecl. p. 455, 3.

7 (100). Schol. Ven. Il. XIII 450: Κρήτῃ ἐπίουρον. τοῦτο τριχῶς ἀνεγνώσθη. Ζηνόδοτος γάρ, ὡς ἐπίκουρον, ἐκδεχόμενος βασιλέα καὶ φύλακα. καὶ Ἀρίσταρχος δὲ οὕτως, ἐκδεχόμενος τὸν φύλακα, μέμνηται δὲ καὶ ὁ Δίδυμος τῆς ἀποδόσεως καὶ Τρύφων. ἐκεῖνο δὲ προστίθησιν ὁ Τρύφων, ὅτι ὁ ἐπίουρος, ὡς ἐπίσκοπος, οὐ πάντως ἔχει ἐγκείμενον τὸν οὖρον τὸν φύλακα κατὰ ταύτην τὴν ἀπόδοσιν· τί γὰρ κεκώλυκε παρὰ τὸ

ὀρῶ εἶναι ἐπίορον καὶ ἐπίουρον τὸν ἐπιορῶντα, ἐψιλῶσθαι δὲ διὰ τὴν ἐπένθεσιν τοῦ υ;

Zenodotus[13]) igitur, Aristarchus, Didymus, Trypho ἐπίουρον coniunctim scribentes custodem significari existimarunt; contra aliis, quoniam simplex οὖρος sufficeret[14]), Κρήτῃ ἔπι οὖρος rectius visum est; cf. schol. Il. l. l., Apoll. Soph. s. v. Tryphonis sententiam, quam Herodianus quoque amplexus est, repetitam habemus in Et. M. p. 362, 29: ἐπίουρος, ὁ ἐφεστηκὼς φύλαξ· παρὰ τὸ ὀρῶ γίνεται ἐπίορος καὶ ἐπενθέσει τοῦ υ [ἐπίουρος]. Eadem leguntur apud Orionem p. 66, 11 et in scholio Od. XIII 405. Ἐπίουρος sine dubio ex ἐπιορᾶν gigni potuit, siquidem etiam οὖρος ad eandem originem referendum est, cf. Eust. in Od. p. 1774, 32; de aspero autem spiritu in lenem mutato videas Lehrsium de Arist. p. 326. Contra qui vocem illam ex ἐπί et οὖρος conflatam putarunt, qua ratione praepositionem explicuerint, non compertum habeo. Fortasse eam per pleonasmum quendam praefixam esse existimarunt, id quod Aristarchum in ἐπιμῆνις fecisse proditur in schol. Ven. Il. V 178. Similiter etiam Ptolemaeus Ascalonita de ἐπίουρος iudicavit, cuius sententiam apud Hesychium s. v., in schol. Od. XIII 405, Eust. in Od. p. 1739, 42; 1746, 47 servatam invenies.

8 (101). Schol. Ven. Il. XIII 543: Ἑάφθη. Ἀρίσταρχος δασύνει ἀπὸ τοῦ ἕπεσθαι· φησὶ γάρ, ὅτι ἐπηκολούθησεν αὐτῷ, καὶ δῆλον ὅτι παρὰ [τὸ] ἕπω ἥφθη ἢ εἵφθη ὤφειλεν εἶναι ὁ ἀόριστος καὶ κατὰ διαίρεσιν ἐγίνετο ἑάφθη, ὡς τὸ ἥγη ἐάγη, ἥλη ἐάλη, ἥλω ἐάλω, τῆς δασείας ἐπὶ τὴν ἀρχὴν χωρούσης, ὡς ἔθος. ταῦτα ὁ Τρύφων ἀπεφαίνετο ὑπὲρ τοῦ Ἀριστάρχου πιθανῶς πάνυ.

Ad eandem Tryphonis disputationem pertinere censeo, quae sunt in Epimerismis Hom. p. 168, 25: καί φησι Τρύφων, ὅτι καὶ τὸ ταχεῖς ταχέας ἐγένετο. Ubi pro ταχέως scripsi ταχέας, cum Trypho ex εἵφθη factum esse ἑάφθη demonstret[15]).

---

13) Zenodoti interpretatio βασιλεὺς καὶ φύλαξ forsitan Eustathio in Il. p. 941, 38 obversata sit.

14) Ita etiam Oppiano Cyneg. I 174 βουκολίων ἐπίουροι et v. 375 βουκολίων οὖροι idem significant.

15) Idem vitium irrepsit in sequentia, τὸ γὰρ ταχεῖς ἐκ τοῦ ταχέως συνείληπται.

Quae si ita se habent, illud ab εἴφϑη Trypho, Aristarchus ab ἥφϑη pro εἴφϑη repetivit. Aristarchi sententiam exhibent etiam scholia Il. XIV 419, Apollonius Soph. s. v.[16]), Et. M. p. 307, 28, Orio p. 64, 15, Eustathius in Il p. 945, 37, Zonaras p. 593[17]), Suidas s. v. Contra Herodianus teste scholiasta Ven. Il. XIII 543 nec εἴφϑη nec ἥφϑη dissolvi in ἑάφϑη posse vidit, quia et ει in εε abiret nec ex η praeteritorum initiali, nisi ex α vel η ortum esset, unquam εα fieret; cf. Epim. Hom. p. 169, 7. Quam viam multo ante Tyrannio ingressus erat ἑάφϑη ab ἅπτω[18]) deducens. Quod autem in schol. D l. l. legitur ἐπικατεκάμφϑη eique simillima Hesychii glossa ἑάφϑη. ἐκάμφϑη[19]) quo ducant, obscurum est. Tum tertiam eamque perabsurdam originationem habet Et. M. p. 307, 27: ἑάφϑη. παρὰ τὸ ἐῶ ἐάϑη, καὶ πλεονασμῷ τοῦ φ [ἑάφϑη]. Quam Ammonii esse ex Epimerismis Hom. p. 168, 15 discimus. Atque hanc fuisse nonnullis ἐάφϑη[20]) scribendi caussam iam vidit Spitznerus; tu cum codice Veneto ἑάφϑη scribas, sive ab ἕπομαι sive ab ἅπτω arcessere mavis. Utraque origine tametsi sensus satis commodus efficitur, tamen si formae analogiam spectes, ἑάφϑη ab ἅπτω oriundum censeas. Simili ratione factum ἐφέασϑεν pro ἐφήσϑησαν[21]), cf. Hesych. s. v.

9 (102). Eustathius in Il. p. 556, 35: Σημειοῦνται, ὅτι ἐν μὲν τῷ ‚αἰδεῖσϑαί ϑ' ἱερῆα' καὶ ἐν τῷ ‚προσέφη ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο' συστέλλεται τὸ ι τοῦ ἱερόν· ἐν δὲ τῷ ‚ἱερὸν ἰχϑύν' (Il. XVI 407) ἐκτείνεται, ὡς μέν τινές φασι, καϑὰ λέγει καὶ Τρύφων ἐν τοῖς περὶ ἀρχαίας ἀναγνώσεως, διὰ τὸ τὸν ποιητὴν ἐκτείνειν πολλὰ ἕνεκεν τοῦ μέτρου, ὡς δὲ οἱ ἀκριβέστεροι λέγουσι διὰ τὸ φευκτέον εἶναι ἐν δακτυλικῷ μέτρῳ τὸ παράλληλον τῶν τριῶν βραχειῶν.

---

16) Erravit Apollonius Sophista ἑάφϑη. ἐπηκολούϑησεν. ἔνιοι δὲ κατηνέχϑη scribens. Utraque enim interpretatio Aristarchi est.

17) Zonarae e Suida ἧφα, ἧμμαι ἥφϑην pro εἶφα etc. restituas.

18) In scholio Ven. Il. XIV 419 procul dubio ἐπικατήχϑη pro ἐπικατήφϑη revocandum est.

19) Ἐσκίμφϑη? Aliter Buttmannus Lexil. II p. 138, Spitznerus in Il. exc. XXIV.

20) Ita etiam libri Vindobonenses.

21) Bene apud eundem Pearsonus Advers. Hesych. ἔαϑεν, ἐχώρησαν in ἔασϑεν, ἐχάρησαν mutavit.

Productum ι, si ab ἱερὸς[22]) ἰχθύς discesseris, habemus apud Homerum etiam in ἱερὸν ἦμαρ, ἱερὰ ῥέζων, ἀλφίτου ἱεροῦ ἀκτήν, apud Hesiodum O. et D. v. 805 in Δημήτερος ἱερὸν ἀκτήν. Saepius ea licentia usus est Quintus Smyrnaeus, cf. V 56, VII 559, XI 485, XII 145, 235, 481, 503, XIIII 530. Ita etiam Apollonides in Anth. Pal. II p. 99, Ignatius p. 611, anonymus in Anth. Plan. p. 702. Recte igitur Herodianus π. διχρ. p. 294, 10 hunc usum ad poetas reiecisse videtur. Ceterum quam huius rei Trypho suspicatus est caussam, nullo pacto ab altera, quam οἱ ἀκριβέστεροι protulisse feruntur, diversam esse neminem fugit.

10 (103). Schol. Ven. Il. XXIV 318: Ἀρίσταρχος ἐυκλήις, ὡς εὐκνήμις, σύνθετον ποιῶν τὴν λέξιν· οὕτως καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης. εἰσὶ δὲ οἳ διεῖλον ‚ἐῢ κληῖσ' ἀραρυῖα', οἷς συγκατατίθεται καὶ Τρύφων.

Quod Trypho, Aristonicus, alii scripserunt, ἐῢ κληῖσ' ἀραρυῖα, optime Homeri consuetudine defendas, qui ἀραρώς cum adverbiis εὖ, πύκα vel πυκινῶς, στιβαρῶς aut cum dativis iungit instrumentalibus, qualis est in Il. XIV 168 ἐπῆρσεν κληῖδι κρυπτῇ et in Od. XVIII 294 κληῖσιν ἐυγνάμπτοις ἀραρυῖαι. Tamen Herodianus Aristarcho et Ptolemaeo Ascalonitae adstipulatus Tryphonis lectionem improbavit, quia in dativis pluralis numeri femininorum in ις longum desinentium inusitata esset Homero vocalis ι elisio. Quod quamquam de dativo plurali refelli non potest, cur tandem Herodianus in Il. I 350, θῖν' ἔφ' ἁλὸς πολιῆς et X 277 χαῖρε δὲ τῷ ὄρνιθ' Ὀδυσεύς simillimum peccatum non tentavit[23])? Scripturam autem ἐυκλήις, cuius meminit etiam Aristonicus in schol. Il. l. l. quaeque exstat in libro Veneto, norunt praeterea Hesychius s. v., Eustathius in Il. p. 1352, 45, Phavorinus lex. p. 788, 59, tuetur Lobeckius Paral. p. 241. Quantum denique ad accentum Herodianus teste scholiasta Il. l. l. et in libro XX τῆς καθόλου (cf. Arcad. p. 196, 6) et in libro III τῶν ὀνοματικῶν longum ι statuens εὐκλήις praecepit. Unde eandem formam etiam in schol. Ven. Il. II 175 pro εὔκληις Lehrsius restituit, quod mendum diutissime in Herodiani verbis insidere e Philemone p. 69 perspicias. Repudianda est autem Wolfii scriptura εὐ-

22) Alios διερός scripsisse auctor est Eustathius in Il. p. 1017, 48.
23) Conferas Spitznerum exc. VII, Lehrsium quaest. epic. p. 47.

κληίς, quam Spohnius de extr. Od. parte p. 193 firmare conatus est; ita enim praecepit Herodianus: τὰ εἰς ις λήγοντα θηλυκὰ ὀξυνόμενα εἰ μὲν ἐν τῇ συνθέσει φυλάσσοι μόνον τὸ θηλυκὸν γένος, καὶ τὸν αὐτὸν τόνον φυλάσσει, εἰ δὲ μεταληπτικὸν γίνοιτο καὶ ἀρσενικοῦ, μεθίσταται καὶ εἰς βαρεῖαν τάσιν ἀναγκαίως. οὕτως οὖν καὶ τὸ εὐκλῆις καὶ πολυκλῆις βαρυνθήσεται· τίθεται γὰρ καὶ ἐπὶ ἀρσενικοῦ. Cf. schol. Ven. Il. Π 175, Et. M. p. 518, 49.

11 (104). Schol. Ven. Il. XXIV 557: Δύναται καὶ τὸ ψιλούμενον (sc. ἔασας), ὥς φησι Τρύφων, καὶ συμφωνεῖ, εἰ μὴ πλῆρές ἐστι κατὰ τὴν φράσιν, ἔχειν ἀφορμήν, ὡς ἔτι φθεγγομένου καὶ ἔτι λαλοῦντος τοῦ Πριάμου τὸν Ἀχιλλέα ἀνθυπαντῆσαι ὑπὸ ὀργῆς κεκινημένον καὶ μεσολαβῆσαι τὴν διάλεξιν

ἀλλὰ τάχιστα
λῦσον, ἵν᾽ ὀφθαλμοῖσιν ἴδω· σὺ δὲ δέξαι ἄποινα
πολλά, τά τοι φέρομαι· σὺ δὲ τῶνδ᾽ ἀπόναιο, καὶ ἔλθοις
σὴν ἐς πατρίδα γαῖαν, ἐπεί με πρῶτον ἔασας —
τὸν δ᾽ ἄρ᾽ ὑπόδρα ἰδών —
μηκέτι νῦν μ᾽ ἐρέθιζε, γέρον —

τὸ δὲ ἐντελὲς τοῦ λόγου τοιοῦτόν τι ἔσται, εἴασας εἰς λόγους σοι ἥκειν.

Tryphonis Herodianique scripturam ἔασας (nam συμφωνεῖ illud Herodianum significat) recepit etiam Eustathius ad l. l. p. 1364, 60. Versum autem sequentem

αὐτόν τε ζώειν καὶ ὁρᾶν φάος ἠελίοιο

ab illorum exemplaribus defuisse luce clarius est. Aposiopesis licet Homero non inusitatam esse constet, tamen nisi post conditionales enunciationes eam non admissam esse existimo; cf. Il. I 135, 580, VI 150, XXI 487, Od. XXI 260. Quamquam alii, veluti Aeschylus Choeph. v. 190 aliter ea utuntur; cf. Hermannum Opusc. I p. 152. Neque Spitznerum sequar, qui standum Tryphonis sententia censens, ἐπεί με πρῶτον ἔασας reddit ‚me primum dimisso'. Certe quos ex Iliade affert locos (XX 311, XXIV 569, 684), aegre iis cuiquam de interpretatione sua persuadeat. Didymi autem et Hermappiae scriptura ἔασας[24]), quam praeter Venetum etiam Vindobonenses libri exhibent, ideo reicienda est, quod et ἥδομαι Homerus

24) Cf. Et. M. p. 307, 6; 398, 6, Zonar. p. 593, cui ἴασας pro ἔασας restituas.

habet (ἦδω enim primus Anacreo [25]) usurpasse videtur) et si ἦσας in ἕασας distrahitur, non potest habere α longum. Una igitur haud scio an sit reliqua huic loco medela, quam Aristarchus tres versus (556—558) expellens adhibuit.

XVII.

ΠΕΡΙ ΕΛΛΗΝΙΣΜΟΥ.

His libris, quorum quintus ab Ammonio de diff. voc. p. 40, 146 laudatur quique haud scio an iidem sint atque ille a Suida *περὶ τῆς Ἑλλήνων διαλέκτου* nominatus, Trypho accuratiorem vocabulorum quorundam formarumque usum et a vulgari dicendi ratione remotum, qualis analogia [1]) potissimum duce a grammaticis fere praecipiebatur, exposuit. Nam *ἑλληνισμός* est, ut legimus in Et. M. p. 331, 37, *τὸ καθ' Ἕλληνας διαλέγεσθαι, τουτέστι τὸ ἀσολοικίστως καὶ ἀβαρβαρίστως διαλέγεσθαι.* Iisdem procul dubio rebus explanandis Seleucus, Philo [2]) vel Philonides [3]), Philoxenus [4]), Irenaeus alii in libris *περὶ ἑλληνισμοῦ* [5]) operam dederunt.

1 (105). Ammonius de diff. voc. p. 40: *Δίσκος καὶ σόλος διαφέρει. δίσκος μὲν γάρ ἐστι λίθος τετρημένος, ὥς φησι Τρύφων ἐν πέμπτῳ περὶ ἑλληνισμοῦ· σόλος δὲ τὸ χαλκοῦν ὁλοσφύριον. Ὅμηρος ‚σόλον αὐτοχόωνον' καὶ ἐν ἄλλοις ‚λάβε δίσκον', εἶτ' ἐπιφέρει ‚βόμβησεν δὲ λίθος'. καὶ Πίνδαρος ‚λιθίνοις ποτ' ἀνὰ δίσκοισι'.*

Ex Ammonio eadem fere descripsit Eustathius in Od. p. 1591, 27 [6]). De disco quidem nulla inter grammaticos fuit controversia, nisi quod ferreum nonnunquam eum fuisse a

---

25) Cf. Poll. III 98.

1) Sext. Emp. adv. gramm. p. 640, 8: ὅς ἐστι κεχωρισμένος τῆς κοινῆς ἡμῶν συνηθείας καὶ κατὰ γραμματικὴν ἀναλογίαν δοκεῖ προκόπτειν.

2) Cf. Et. Gud. p. 27, 52, Orio p. 185, 18.

3) Cf. Orio p. 90, 9. Utraque forma eundem virum denotari copiosius ostenderunt Koenius praef. ad Greg. Cor. p. XX et Nauckius Arist. Byz. frg. p. 2, not. 3.

4) Cf. Suid. s. v. Nisi is idem fuit ac Philo vel Philonides.

5) Cf. M. Schmidt. de Tryph. Alex. p. 25.

6) V. 28 pro ὅλον σφαιρωτόν ex Ammonio ὁλοσφύριον vel ὅλον σφυρωτόν reponas, nisi e contrario in Ammonium ὁλοσφαίριον inferre mavis; cf. schol. AD Il. XXIII 826, Eust. in Il. p. 1332, 1. Tum

nonnullis traditur, cf. schol. Od. IV 626, Eustathium in Od. p. 1512, 16; quae scholiastarum opinio fortasse ex minus accurato vocis *δίσκος* pro *σόλος* usu nata est. Ad Tryphoniam disci descriptionem proxime accedit schol. AV Il. XXIII 826. *Σόλος* autem a Tryphone aeneus dicitur, ferreus ab aliis. Cuius contentionis ansam praebuerunt verba Homeri Il. XXIII 834 et 835, ubi postquam Achilles *σόλον αὐτοχόωνον* victori praemium proposuit, haec dicit:

οὐ μὲν γάρ οἱ ἀτεμβόμενός γε σιδήρου
ποιμὴν οὐδ' ἀροτὴρ εἶσ' ἐς πόλιν, ἀλλὰ παρέξει.

Quorum in explicatione Trypho Aristarchi vestigiis, certe quadam ex parte, ingressus est teste scholiasta Veneto Il. XXIII 826: *ὁ δὲ Ἀρίσταρχός φησιν, ὅτι χαλκοῦς ἦν· ὁ γὰρ σίδηρος οὐ χωνεύεται. ὅταν δὲ εἴπῃ ‚ἀτεμβόμενος σιδήρου ποιμήν', σημαίνει, ὡς ἀλλάξει τοῦ χαλκοῦ τὸν σίδηρον.* Subtilior quidem haec interpretandi ratio, faciunt tamen cum illorum sententia verba Quinti Smyrnaei IV 436 et 444

αὐτίκα δ' αὖτε σόλον περιμήκεά τε βριαρόν τε
πολλοὶ πειρήσαντο θοῆς ἀπὸ χειρὸς ἰῆλαι· —
θάμβησαν δ' ἄρα πάντες, ὅσον χερὸς ἐξεποτήθη
χαλκός

et Eratosthenis in schol. Od. VIII 190: *Ἐρατοσθένης ἐν Ὀλυμπιακοῖς*[7]) *ἱστορεῖ, τὸν μὲν σόλον*[8]) *σιδηροῦν ἢ ξύλινον ἢ χαλκοῦν, τετρημένον κατὰ τὸ μέσον καὶ ἔχοντα καλώδιον ἐξημμένον, οὗ ἐχόμενοι βάλλουσιν οἱ ἀγωνιζόμενοι.* Sunt tamen quaedam huc illata, quae nemo non ad disci descriptionem pertinere videt, cf. Eust. in Il. p. 1332, 12. *Σόλον* enim et *δίσκον* haud raro inter se permutatos esse et ex Apollonio Argon. III 1365 et 1366 *πέτρον — σόλον* apparet et ex eiusmodi glossis, qualis est Philoxeni in Et. M. p. 721, 39 et Orione p. 147, 34: *σόλος. ὁ δίσκος.* Ita etiam Hesychius et Suidas s. v., Zonaras p. 1660, Photius lex. p. 528, 12, Eustathius in Il. p. 1041, 32, schol. Apoll. Arg. III 1364, Bachm. An. I p. 368, 1[9]). Quo

v. 28 *ἔοικε δὲ ὁ Τρύφων χαλκοῦν τὸ σιδηροῦν εἰπεῖν* conferas cum p. 1332, 7. Denique de *ὁπόταν* pro *ποτ' ἀνά* in Pindari versu consulas Boeckhium Pind. I p. 559, II 2 p. 692.

7) Buttmannus *Ὀλυμπιονίκαις*, cf. Bernhard. Eratosth. p. 250.

8) Post *σόλον* omisi *λέγει*.

9) Eodem referendum schol. ABL Il. XVI, 1, siquidem verum vidit Berglerus scribens *σόλος, ὁ μεθ' ὁρμῆς ῥιπτούμενος λίθος*.

etiam Aristonici verba in schol. AD Il. l. l. spectant et quae ex Apione adnotavit Apollonius Sophista v. σόλος. Origo vocis δίσκος cum multo minus, quam alterius abscondita esset[10]), factum, ut etiam δισκεύειν pro ῥίπτειν usurparetur.

Quocirca mihi certe in discrimine ab Aristarcho et Tryphone constituto acquiescendum videtur, licet et aliud idque a forma repetitum fuerit; nam ὁ μὲν δίσκος πλατύς ἐστι καὶ κυκλοτερής, ὁ δὲ σόλος στρογγύλος καὶ σφαιροειδής, cf. schol. Il. l. l.

2 (106). Ammonius de diff. voc. p. 146: Χλαῖναν καὶ χλανίδα διαφέρειν φησὶ Τρύφων ἐν τῷ πέμπτῳ περὶ ἑλληνισμοῦ, καὶ παρατίθεται Ξενοφῶντα. Χλαίνας μὲν γάρ φησι λέγεσθαι ἐπὶ τῶν ἐγκοιμήτρων καὶ παχέων· διὸ καὶ Ὅμηρον φάναι

ἔνθα οἱ ἐκθεῖσαι πυκινὸν λέχος, ἐμβάλετ' εὐνήν,
δέμνια καὶ χλαίνας καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα.

χλανίδας δὲ τὰς φορουμένας καὶ μαλακωτέρας.

Quam distinctionem, suppresso tamen auctoris nomine, repetitam legimus in Et. M. p. 812, 22: λέγεται μὲν χλαῖνα τὸ παχὺ καὶ χειμερινὸν ἱμάτιον· χλανίς δὲ τὸ λεπτότατον καὶ μαλακὸν καὶ τρυφερόν, cf. Et. Gud. p. 567, 14, Zonar. p. 1854. Eadem in interpretando vocabulo χλανίς Polluci VII 48 obversata videtur. De χλαῖνα cum Tryphone consentit etiam Suidas, verum pro χλανίς, ἱμάτιον στρατιωτικόν Bernhardyus χλαμύς, ἱμ. στρ. scribendum esse sensit. Qua emendatione eandem glossam apud Bachmannum An. I p. 415, 31 sanes; cf. Iacobsium Anthol. Gr. III p. 748, 910. Nonnunquam vero confundebantur χλαῖνα et χλανίς, cuius rei post Meleagrum in Anth.-Pal. I p. 132 exempla habes in schol. ADM Il. XXIV 163, Od. XIV 513. Cum Tryphonem Homericam aetatem spectasse testimonia adscripta efficiant, in errorem eum incidisse recte Ammonius intellexit. Etenim χλαῖναι non modo lectis iniciebantur, verum etiam vestimenta erant, cuius usus unum sufficiet ex Od. XIV 513, 514 attulisse documentum:

οὐ γὰρ πολλαὶ χλαῖναι ἐπημοιβοί τε χιτῶνες
ἐνθάδε ἕννυσθαι, μία δ' οἴη φωτὶ ἑκάστῳ.

---

10) Cf. Pind. Ol. XI 75: μᾶκος δ' Ἐνικεὺς ἔδικε πέτρῳ cum scholio; quem locum debemus Valckenario Anim. ad Ammon. p. 60.

Unde etiam Didymus apud Ammonium p. 147: *χλαῖνα ἡρωικὸν φόρημα*, cf. schol. AL Il. II 183, Poll. VII 46. Quod autem *χλαίνας* Trypho *παχείας* vocat, reddidit haud dubie eo interpretamento Homeri *οὔλας χλαίνας*. At *μαλακαί* quoque eaedem vocantur ab Hesiodo O. et D. v. 537 et Aristophane Vesp. v. 739, quod apud Tryphonem vocis *χλανίς* est attributum. Eundam ergo in sententiam ab Ammonio propositam: *τὰς μὲν χλαίνας ἐπὶ τῶν ἐγκοιμήτρων καὶ φορουμένων· χλανίδας δὲ ἐπὶ μόνων τῶν φορουμένων*, nisi quod *χλανίδας* semper levius quid vestimenti genus denotasse ex Apollonio Soph. atque Hesychio s. v., et Moeride Attic. p. 408 adicias. Quid denique Xenophontis nomine faciemus, apud quem nunc neque *χλαῖνα* neque *χλανίς* usquam comparet? Erravitne Trypho an oculis deceptus est Ammonius? Utcunque se res habet, idem in alia re ab Athenaeo IV p. 174f vitium commissum est.

3 (107). Ammonius de diff. voc. p. 40: *Δήμητερ καὶ Δάματερ διαφέρει παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, φησὶ Τρύφων. Δήμητερ γάρ, φησίν, ἐστὶν ἐπὶ τῆς θεοῦ, Δάματερ δὲ ἐπὶ θαυμασμοῦ.*

Eadem fere, omisso tamen auctoris nomine, in Et. Gud. p. 141, 28 transscripta sunt. Similia invenies etiam in schol. Arist. Plut. v. 555, apud Photium lex. p. 72, 26; 659, 16, ubi quae de Cerere leguntur, e Suida v. *Ἡράκλεις* corrigas, denique apud Eustathium in Il. p. 12, 7, in Od. p. 1385, 53; 1892, 44 sive Phavorinum ecl. p. 234, 7; cf. Apoll. de adv. p. 570, 15, Herodian. *π. μον. λέξ.* p. 47, 2. Auctorum locis, quos collegit Lobeckius Parerga p. 640, adiungamus Arist. Plut. v. 555, 872.

4 (108). Ammonius de diff. voc. p. 149: *Ψάλλιον καὶ ψέλλιον διαφέρει. ψάλλιον μὲν τὸ τοῦ ἵππου, ψέλλιον δὲ τὸ ἄκροις βραχίοσι περιτιθέμενον κόσμιον. οἱ Δωριεῖς ψιλίον*[11] *καλοῦσι τὸ ἄκρον. ὅθεν καὶ ἡμεῖς τὴν ἐπ' ἄκρων χειλέων λεγομένην προσῳδίαν ψιλὴν ἐκαλέσαμεν, ὥς φησι Τρύφων.*

Tryphonis sententiam (nam omnia ad eum, non solum de *προσῳδία ψιλή* observationem, referenda censeo) sine auctoris nomine in suos usus contulit Orio Thebanus in Et. Gud. p. 641, 13: *ψάλλιον δὲ τὸ τοῖς βραχίοσι περιτιθέμενον κόσμιον.* Et ita fere Thomas Mag. p. 402, 8 Ritschl. Alterutrum vocabulum eadem ratione explicatur a Ptolemaeo Asc. § 100, Pol-

11) Valckenarius *ψέλλιον*, emendavit Piersonus.

luce I 148, Hesychio s. ψαλίοις, ψαλίον, Zonara p. 1871, Suida s. ψαλίοις, ψελίῳ, in Bekk. An. p. 116, 26, Bachm. An. II p. 381, 15. Aliam distinctionem invenerunt Moeris Attic. p. 420: ψάλια ἐν τῷ α, Ἀττικῶς· διὰ τοῦ ε ψιλοῦ, Ἕλληνες, Hesychius v. ψαλία, auctor Etymologici Gud. p. 572, 53; cf. Piersonum ad Moer. l. l. Discrimen a Tryphone statutum ubique cum Atticorum usu, quatenus nunc cognitus est, concinit; nisi quod unus repugnare videtur Aeschyli Prom. v. 54 versus:

καὶ δὴ πρόχειρα ψάλια δέρκεσθαι πάρα

ubi manuum vincula significantur. De accuratiore vocabuli ψάλιον scriptura (nam ea apud Atticos praestitisse videtur) consulas Piersonum l. l., Schneiderum ad Xenophontem de re equ. VII 1; ψέλλιον vero an ψέλιον praeferendum sit, haud satis liquet. Denique in Ammonii vel Tryphonis verbis Piersoni emendationem: οἱ Δωριεῖς ψιλίον καλοῦσι τὸ ἄκρον recepi, firmatam optime glossa Hesychii ψιλίον. πτερόν, ἄκρον [12])· οἱ δέ, ψέλλιον. Cui testimonio addamus Alcmanem, qui φιλόψιλον vocavit τὴν φιλοῦσαν ἐπ' ἄκρου χοροῦ ἵστασθαι, cf. Suid. v. ψιλεύς. Simillime etiam Pausanias III 19, 6 ψίλα καλοῦσιν οἱ Δωριεῖς τὰ πτερά, cf. Hesychium v. ψίλακα, ψιλεῖς, Photium lex. p. 654, 15. Ψιλή eadem ratione, qua a Tryphone explicatur in Et. Gud. p. 575, 3: ψιλή· ἐπ' [13]) ἄκρας γὰρ τῆς γλώσσης προφέρεται [14]). Quam Tryphonis paullo abstrusiorem sententiam recepit Dionysius Halicarnassensis, ut est in schol. Dionysii Thr. p. 691, 26: τὸ υ τὰ χείλη συστέλλει κατὰ τὴν ἐκφώνησιν· φησὶ γὰρ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἐν τῷ περὶ στοιχείων καὶ συλλαβῶν λόγῳ, ὅτι περὶ αὐτὰ τὰ χείλη συστολῆς γενομένης ἀξιολόγου πνίγεται καὶ στενὸς ἐκπίπτει ὁ ἦχος. Cf. p. 692, 32; 707, 1.

XVIII.

ΠΕΡΙ ΟΜΟΜΑΣΙΩΝ.

Ubi quid Trypho illustraverit, cum fragmenta ipsa tum optime Athenaei IV p. 174e docent verba haecce: ἔστι δὲ τὸ

---

12) Ita bene Valesius et Piersonus pro μακρόν.

13) Sturzius ἀπ'. Correxi ex Ammonio l. l.

14) Sturzius προσφέρεται.

σύγγραμμα περὶ αὐλῶν καὶ ὀργάνων. Quae non solum ad tertium librum, quem paullo ante Athenaeus laudaverat, referenda esse satis, quae idem l. XIV p. 634d. e secundo operis Tryphonii libro servavit, demonstrant. In rebus musicis quid primus Trypho invenerit, quid ab aliis alienaverit, nescimus. Certe multi ante eius aetatem de eodem fere argumento insignia scripta condiderunt, e quibus Aristoxeni, Archestrati, Pyrrhandri, Phillidis [1]), Euphranoris, Alexidis *περὶ αὐλῶν* et *περὶ αὐλητῶν* [2]) libros nominasse sufficiet, etsi quo quisque tempore vixerit, non satis perspectum cognitumque habemus.

1 (109). Athenaeus XIV p. 618c: *Αὐλήσεων δ' εἰσὶν ὀνομασίαι, ὥς φησι Τρύφων ἐν δευτέρῳ ὀνομασιῶν, αἵδε· κῶμος, βουκολιασμός, γίγγρας, τετράκωμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικόν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικόν, τὸ δ' αὐτὸ καὶ κρουσίθυρον, κνισμός, μόθων. ταῦτα δὲ πάντα μετ' ὀρχήσεως ηὐλεῖτο.*

Quae Eustathius in Il. p. 1236, 37 brevius reddidit. At videamus singulos tibiae cum saltatione coniunctos modos, quos etsi non accurate describere, nedum definire, concessum est, tamen praeter ipsa nomina hinc illinc et alia attulisse iuvabit. Ac primum quidem *κῶμος* inter pocula fuit tibicinii et saltationis genus quoddam teste auctore Etymologici M. p. 550, 49: *κῶμος εἶδος ὀρχήσεως, οἱ δὲ μέλους. κῶμός ἐστι μεθυστικὸς αὐλὸς ἐγχρονίζων οἴνοις, καὶ κυμβάλοις καὶ αὐλοῖς καταθέλγων τοὺς δαιτυμόνας.* De *βουκολιασμός* aliunde nunc aegre quicquam afferas; nam quae Athenaeus XIV p. 619a, Aelianus VH X 18, scholiasta Aesch. Prom. v. 575 praebent, ad cantilenam ita vocatam referenda sunt. Deinde *γίγγρας* tibiae species quaedam fuit palmaris et flebilem sonum efflantis [3]); postea idem nomen et in modum et in saltationem translatum est. *Τετράκωμος* autem Herculi sacer fuit modus bellicus, quemadmodum est apud Hesychium s. v. et Pollucem IV 99. De vocis origine ita Pollux IV 105: *ὁ τετράκωμος,*

---

1) Apud Photium lex. p. 523, 12 *Φίλλις* pro *Φίλης* reponas.

2) Cf. Athen. IV p. 182c, XIV p. 634d.

3) Cf. IV 76, 102, Hesych. v. *γιγγρίαι*, Athen. IV p. 174f, qui Xenophonte teste utitur; at nusquam nunc in eius scriptis locus ille reperitur. Quem Athenaei errorem una cum reliquis descripsit Eustathius in Il. p. 1157, 40.

τὸ τῆς ὀρχήσεως εἶδος, οὐκ οἶδα εἴ τι προσῆκον ἦν τοῖς Ἀθήνησι τετρακώμοις, οἳ ἦσαν Πειραιεῖς, Φαληρεῖς, Ξυπεταίονες, Θυμοιτάδαι. Tum qui a Tryphone appellatur ἐπίφαλλος haud scio an sit idem ac φαλλικόν apud Pollucem IV 100, quod in Bacchi honorem saltari solebat. Χορεῖος vel χορεῖον, quam formam praebet Hesychius s. v., nimirum a numero trochaico nomen traxit. Καλλίνικος autem, quod etiam Herculis fuit cognomen auctore Hesychio s. v., Cerberum ab inferis eductum spectabat. Exin de πολεμικόν conferas Plutarchum Lacon. inst. 16 p. 238b. Θυροκοπικόν vel κρουσίθυρον, cui etiam θυροκοπιστικόν nomen fuisse ab Hesychio docemur, nusquam copiosius explicatum reperi; quae amantium fortasse fuit ianuam domus, ubi amata habitabat, quatientium saltatio. Denique de κνισμός vel, ut habet Aristophanes Plut. v. 974, κνησμός et μόθων acquiescendum est in iis, quae Hesychius s. v. et Pollux IV 101 servarunt. Nominantur quidem et alia multa a Polluce l. l. saltationis genera, de tibiarum autem concentu nihil proditum.

2 (110). Athenaeus XIV p. 634d: Τρύφων ἐν δευτέρῳ περὶ ὀνομασιῶν λέγει οὕτως· ‚ὁ δὲ μάγαδις καλούμενος αὐλός' καὶ πάλιν ‚μάγαδις ἐν ταὐτῷ ὀξὺν καὶ βαρὺν φθόγγον ἐπιδείκνυται, ὡς Ἀναξανδρίδης ἐν Ὁπλομάχῳ φησί

μάγαδιν λαλήσω μικρὸν ἅμα σοι καὶ μέγαν.'

Tryphonem manifesto respexit Athenaeus IV p. 182d: ὁ δὲ μάγαδις καλούμενος αὐλὸς ὁ καὶ παλαιομάγαδις ὀνομαζόμενος ἐν ταὐτῷ ὀξὺν καὶ βαρὺν φθόγγον ἐπιδείκνυται, etc. Quae Eustathius in Il. p. 1157, 43 repetivit, simillima iis habet, etsi ex parte vitiata, Hesychius; cui illa fortasse ex alio fonte, vel e Pamphili onomastico fluxerunt. Magadis igitur et cithara fuit et tibiae species quaedam[4]) propter consimilem, ut videtur, utriusque instrumenti sonum. Didymus ἐν ταῖς πρὸς Ἴωνα ἀντεξηγήσεσιν teste Athenaeo l. l. tibiam, cui magadidis nomen erat, αὐλὸν κιθαριστήριον[5]) fuisse iudicat, quod tibiarum genus iam Aristoxenus noverat. Concentus igitur fuit magadidis tibiae et citharae, cf. Boeckhium de metris Pind. p. 265.

3 (111). Athenaeus IV p. 174e: Τρύφων ἐν τρίτῳ περὶ

4) Exempla offert Athenaeus XIV p. 634c.

5) Poll. IV 81: κιθαριστήριοι (sc. αὐλοί) καὶ τοὔνομα διότι κιθάραις προσηύλουν διδάσκει.

ὀνομασιῶν, ἔστι δὲ τὸ σύγγραμμα περὶ αὐλῶν καὶ ὀργάνων, συγγράψαι φησὶ περὶ τῆς ὑδραύλεως Κτησίβιον τὸν μηχανικόν.

In brevius redacta eadem inveniuntur apud Eustathium in Il. p. 1157, 47. A Ctesibio, tonsore Alexandrino, inventum esse hydraulum tradiderunt Aristocles apud Athenaeum IV p. 174c, Plinius NH. VII 38, Vitruvius IX 9, cf. Append. Anthol. Gr. p. 765[6]). Itaque verbis *ἐγὼ δὲ οὐκ οἶδα, εἰ περὶ τὸ ὄνομα σφάλλεται* Athenaeus id se dubitare profitetur, num recte Trypho Ctesibium de hydraulo[7]) scripsisse tradiderit. Forsitan opitulentur Tryphoni versus quidam politici in Cram. An. Ox. III p. 381, ubi inter *μηχανογράφους* praeter Archimedem, Heronem aliosque etiam Ctesibius quidam refertur.

4 (112). Athenaeus IV p. 182e: *Ὁ Τρύφων φησὶ καὶ τοὺς καλουμένους ἐλεφαντίνους αὐλοὺς παρὰ Φοίνιξιν ἀνατρηθῆναι.*

Quae repetivit Eustathius in Il. p. 1157, 45. Fuerant autem haec fortasse ab Aristoxeno in libro *περὶ αὐλῶν τρήσεως* neglecta.

5 (113). Athenaeus XIV p. 618c: *Καὶ ᾠδῆς δὲ ὀνομασίας καταλέγει ὁ Τρύφων τάσδε· ἱμαῖος, ἡ ἐπιμύλιος καλουμένη, ἣν παρὰ τοὺς ἀλέτους ᾖδον· ἴσως ἀπὸ τῆς ἱμαλίδος. ἱμαλὶς δ' ἐστὶ παρὰ Δωριεῦσιν ὁ νόστος καὶ τὰ ἐπίμετρα τῶν ἀλέτων. ἡ δὲ τῶν ἱστουργούντων ᾠδὴ ἔλινος, ὡς Ἐπίχαρμος ἐν Ἀταλάνταις ἱστορεῖ. ἡ δὲ ταλασιουργῶν ἴουλος.*

Secutus est Athenaeum Eustathius in Il. p. 1236, 58[8]), in Od. p. 1885, 24. Eadem est igitur vocum *ἱμαῖος* et *ἐπιμύλιος ᾠδή* significatio; neque aliter Hesychius s. v.[9]), Et. Gud.

6) Eiusdem instrumenti inventionem Archimedi quoque assignari Stiehlius e Tertulliano de an. c. 24 adnotavit.

7) Descriptionem brevem habet Pollux IV 70; cf. Ernest. Clav. Cic. v. hydraulus.

8) Ubi quod post *ἐπιμύλιος* additur *ἢ μυλωθρός*, arcessitum id ex Athenaeo XIV p. 619b. Quid, si Eustathio et Athenaeo XIV p. 618c reddamus *ἀλευρῶν* pro *ἀλέτων* vel *ἀλετῶν*?

9) Hesychio *ἐπάντλειος* vel *ἐπαντλαῖος* pro *ἐπανταῖος* reddendum esse iamdudum viri docti senserunt. Miro autem modo *καὶ ἐπίνοστος* additum, quod idem est atque *ἐπιμύλιος*. Eandem cantilenam significant scholiasta Arist. Ran. v. 1332, Pollux IV 55 *ἀλῆτις ᾆσμα ταῖς αἰώραις προσᾳδόμενον, Θεοδώρου ποίημα τοῦ Κολοφωνίου.*

p. 277, 47[10]), Photius lex. p. 107, 17, 21[11]), Suidas s. v. Quae propius ad Tryphonis verba, quam ad Aristophanis Byzantii accedunt, qui teste Athenaeo XIV p. 619b ἐν Ἀττικαῖς λέξεσι scripserat: ἱμαῖος, ᾠδὴ μυλωθρῶν. Cuiusmodi cantus exemplum fortasse est id, quod etiamnunc superat apud Plutarchum sept. sap. conv. 14:

ἄλει μύλα ἄλει
καὶ γὰρ Πιττακὸς ἀλεῖ,
μεγάλας Μυτιλάνας βασιλεύων.

Νόστος autem vel *Εὔνοστος* dei deaeve in pistrinis positi et farinae modum inspicientis fuit signum quoddam, ut referunt Hesychius v. *Εὔνοστος* et Photius lex. p. 37, 2, Et. M. p. 394, 3, Eustathius in Od. p. 1885, 25; cf. Hesych. v. *μυλάντειοι θεοί*. Unde etiam Ἱμαλίς auctore Polemone apud Athenaeum III p. 109a, X p. 416b Siculis in Cereris cognomen abiit. Quocum apud Cretenses mensis nomen Ἱμάλιος arte cohaeret, de quo conferas Corp. Inscr. II n. 2556.

Tum ἔλινος, qui etiam αἴλινος scribebatur, texentium fuit carmen quoddam, ut Trypho Epicharmi testimonio innisus tradit. Quem locum respiciens Eustathius in Il. p. 1164, 9 non a *Λίνος*, verum a *λίνον* cantilenam illam nomen traxisse divinat; cf. Hesych. v. *λίνον*. A texentibus Linum cantatum esse nullum teneo testimonium; contra vindemiantium[12]) eum fuisse res est omnibus ex Iliade XVIII 570 notissima, fuitque μέλος θρηνητικὸν μετ' ἰσχνοφωνίας ᾀδόμενον, cf. schol. B Il. l. l. Eidem teste Aristophane Byzantio apud Athenaeum XIV p. 619c οὐ μόνον ἐν πένθεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπ' εὐτυχεῖ μολπᾷ κατὰ τὸν Εὐριπίδην (Herc. fur. v. 347) et in conviviorum initio ac fine locus fuit, ut canit Hesiodus in Eoeis frg. 132 Goettl.

Denique ἴουλος a feminis lanificio occupatis cantabatur. Cuius rei praeter Tryphonem gravissimum habemus Eratosthenis testimonium servatum in schol. Apoll. Argon. I 972: Ἐρα-

---

10) Perperam ibi ἐπιμέλιος scriptum pro ἐπιμύλιος.

11) Photii verba ita restituenda videntur: ἱμαοιδός — ὁ ἐπιμύλιος ᾠδός· ἱμαλιά γὰρ ἡ τροφὴ καὶ τὰ ἐπίμετρα τῶν ἀλεύρων, cf. Poll. IV 53, Hesych. v. ἱμαοιδός et ἰλλαοιδός.

12) Paullo aliter Pollux I 38: λίνος καὶ λιτιέρσης σκαπανέων ᾠδαὶ καὶ γεωργῶν.

τοσθέντης δὲ καὶ ὄνομα ᾠδῆς ἐρίθου ἀπέδωκεν, ἐν τῷ Ἑρμῇ λέγων οὕτως·

*ἦν δ' ἄρα χερνῆτίς τις ἐφ' ὑψηλοῦ *πετεῶνος*
δενδαλίδας τεύχουσα· καλοὺς δ' ἤειδεν ἰούλους[13]).

Qua de re alii aliter senserunt, etenim ibidem haec insequuntur: *Δίδυμος δὲ οὐκ εἶναί φησι τοῦτο ἀληθές, ἀλλ' ἔστιν ὁ ἴουλος ὕμνος εἰς Δήμητραν, ὡς οὔπιγγος παρὰ Τροιζηνίοις εἰς Ἄρτεμιν. ἔστι γὰρ οὖλος καὶ ἴουλος ἡ ἐκ τῶν δραγμάτων συναγομένη δέσμη, καὶ Οὐλὼ ἡ Δημήτηρ.* Quam Didymi sententiam, si a scholiasta Apollonii Arg. II 43 discesseris, adoptaverunt Pollux I 38 et Photius Lex. p. 109, 10. Vocabantur inde *ἴουλοι* etiam *δημητρίουλοι*[14]) sive *δημήτρουλοι*, quemadmodum e Semo Delio refert Athenaeus XIV p. 618d. Eodem Semo auctore (p. 619b) Cereri et Proserpinae *ἴουλος* sacer erat.

6 (114). Ammonius de diff. voc. p. 54: *Ἐπικήδειον*[15]) *καὶ θρῆνος διαφέρει. ἐπικήδειον μὲν γάρ ἐστι τὸ ἐπὶ τῷ κήδει· θρῆνος δὲ τὸ ἐν ᾠδῇ. οὕτω Τρύφων.*

Quam a Tryphone factam distinctionem qui receperit, inveni neminem. Namque omnes, quorum opera in illis vocabulis distinguendis versata est, aut in Aristoclis Rhodii aut Procli sententiam iisse videntur. Aristocles quidem *ἐν τῷ περὶ ποιητικῆς* teste Ammonio l. l., postquam threnum lugubrem quandam cantilenam cum mortui laudibus coniunctam appellavit, ita pergit: *οἱ δὲ διαφέρειν* (sc. *εἶπον*) *θρῆνόν τε καὶ ἐπικήδειον τῷ τὸν θρῆνον ᾄδεσθαι παρ' αὐτῇ τῇ συμφορᾷ πρὸ τῆς ταφῆς καὶ μετὰ τὴν ταφὴν καὶ κατὰ τὸν ἐνιαύσιον χρόνον τῆς κηδείας, ᾀδόμενον ὑπὸ τῶν θεραπαινίδων καὶ τῶν σὺν αὐταῖς. τὸ δ' ἐπικήδειον ἔπαινόν τινα τοῦ τελευτήσαντος μετά τινος μετρίου σχετλιασμοῦ.* Quae Aristoclis verba repetita ab auctore Etymologici Gud. p. 200, 30[16]) et Eusthathio

---

13) Unde emendes Eratosthenis versus eosdem in Et. M. p. 472, 36.

14) Ita Eustathius in Il. p, 1162, 42.

15) Valckenarii emendationem recepi pro *ἐπικήδιος*.

16) Ubi non modo *παρ'* ante *αὐτῇ τῇ συμφορᾷ* addendum, sed etiam totus locus in fine mutilus habendus est. Videtur enim auctor de *ἐπιτάφιος*, quod interdum cum *θρῆνος* coniungitur, copiosius exposuisse, cf. Drac. Strat. p. 161, Bekk. An. p. 750, 20. Contra Eustathius in Od. p. 1673, 49: *συγγενῶς ἔχει ὁ ἐπικήδειος λόγος τῷ ἐπιταφίῳ.*

in Od. p. 1673, 46. Proclus autem postquam auctore Photio bibl. p. 319b et 320a threnum antiquitus idem, quod elegum, valuisse[17]) et *θρήνους* atque *ἐπικήδεια* ad deorum cultum pertinuisse dixit, p. 321 a 30 haec addit: *διαφέρει δὲ τοῦ ἐπικηδείου ὁ θρῆνος, ὅτι τὸ μὲν ἐπικήδειον παρ' αὐτὸ τὸ κῆδος, ἔτι τοῦ σώματος προκειμένου, λέγεται, ὁ δὲ θρῆνος οὐ περιγράφεται χρόνῳ.* Eadem in Et. M. p. 454, 50 invenies. Ad discrimen a Tryphone statutum Procli verba propius accedere manifestum est. Fuerunt tamen quibus utrumque vocabulum idem denotaret; ortum inde illud Suidae *ἐπικήδειος θρῆνος.*

7 (115). Athenaeus XI p. 503d: *Ὠιδός. οὕτως ἐκαλεῖτο τὸ ποτήριον, φησὶ Τρύφων ἐν τοῖς Ὀνοματικοῖς, τὸ ἐπὶ τῷ σκολίῳ διδόμενον, ὡς Ἀντιφάνης παρίστησιν ἐν Διπλασίοις·*

Α. Τί οὖν ἐνέσται τοῖς θεοῖσιν; Β. οὐδὲ ἕν,
μὴ κεράσῃ τις. Α. ἴσχε, τὸν ᾠδὸν λάμβανε.
ἔπειτα μηδὲν τῶν ἀπηρχαιωμένων
τούτων περάνῃς, τὸν Τελαμῶνα, μηδὲ τόν
Παιῶνα, μηδ' Ἁρμόδιον.

Quibuscum concinunt verba Eustathii in Il. p. 868, 21: *μέλη δὲ διὰ τοῦ ἦτα κατὰ θῆλυ γένος ποτηρίου εἶδος ἦν, ὡς ἐν τοῖς Ἀθηναίου* (XI p. 486e) *φέρεται, καὶ ἴσως παρὰ τὸ μέλος, ὃ δηλοῖ τὴν ᾠδήν· ἐπεὶ καὶ ᾠδός παρὰ τῷ αὐτῷ ποτήριόν τι.* De Antiphanis versibus conferas Mein. Comic. frg. III p. 46. Quod Tryphonis fragmentum libris *περὶ ὀνομασιῶν* intuli, etiamsi id ex Onomasticis vel Onomaticis Athenaeus se deprompsisse profitetur. Idem enim esse scriptum *περὶ ὀνομασιῶν* et *ὀνοματικά* existimo, quia et quae ex hoc libro servavit Athenaeus optime cum ceteris reliquiis coniungi possunt neque raro idem scriptum variis nominibus grammatici significant; cf. Meierum in prooem. schol. aest. Hal. 1843. Postremo de duplici *ὀνοματικόν* sive *ὀνομαστικόν* forma consulas Lobeckium Pathol. p. 65 not. 19.

XIX.

ΦΥΤΩΝ ΙΣΤΟΡΙΑ.

Ita Tryphonis de herbis libri inscripti sunt apud Athenaeum III p. 78a, alibi et fortasse minus accurate *φυτικά*, cf.

17) Cf. Drac. Str. l. l., schol. Arist. Av. v. 217, Hesych. v. *ἔλεγοι.*

109b, 114b. Qui quot fuerint ignoramus, certe duo eos fuisse ex Athenaeo III p. 78a consequitur. Ceterum ibi Tryphonem in herbarum natura indaganda et cognoscenda operam studiumque collocasse nolis censere; verum his quoque in quaestionibus eum voces potissimumque reconditiores undique colligentem, quae propria cuiusque fuerit vis examinantem grammatici partes egisse recte iudicabis. Argumentum qua fere via ac ratione tractaverit, fragmenta satis suppeditant.

1 (116). Athenaeus III p. 114a, b: *Πόθεν ὑμῖν εἰδέναι ὅτι καὶ κύβοι, οὐχ οὓς ἀεὶ μεταχειρίζεσθε, ἄρτοι εἰσί, τετράγωνοι, ἡδυσμένοι ἀνήθῳ, τυρῷ καὶ ἐλαίῳ, ὥς φησιν Ἡρακλείδης ἐν Ὀψαρτυτικῷ. παρεῖδε δὲ τοῦτον ὁ Βλεψίας, ὥσπερ καὶ τὸν θάργηλον, ὅν τινες καλοῦσι θαλύσιον — Κράτης δ' ἐν δευτέρᾳ Ἀττικῆς διαλέκτου θάργηλον καλεῖσθαι τὸν ἐκ τῆς συγκομιδῆς πρῶτον γινόμενον ἄρτον — καὶ τὸν σησαμίτην. οὐχ ἑώρακε δὲ οὐδὲ τὸν ἀνάστατον καλούμενον, ὃς ταῖς ἀρρηφόροις γίνεται. ἔστι δὲ ὁ πυραμοῦς ἄρτος διὰ σησάμων πεττόμενος καὶ τάχα ὁ αὐτὸς τῷ σησαμίτῃ ὤν. μνημονεύει δὲ πάντων τούτων Τρύφων ἐν πρώτῳ Φυτικῶν, καθάπερ καὶ τῶν θιαγόνων ὀνομαζομένων· οὗτοι δ' εἰσὶν ἄρτοι θεοῖς πεττόμενοι ἐν Αἰτωλίᾳ.*

Num vero etiam de *δράμιξ* et *ἄραξις*, quorum statim Athenaeus infert mentionem, Trypho disseruerit, aegerrime nunc quis diiudicet. Certi quid de istiusmodi vocabulis deque iis inter se distinguendis proferre admodum arduum ac difficile est; etenim procul dubio, id quod e nostro usu scimus omnes, saepenumero etiam apud Graecos eadem panis species alia in urbe aliter vocitabatur origination aut a forma aut materia aut aliunde arcessita. Acquiescendum est igitur in iis, quae nunc in lexicis et alibi reperimus.

Κύβους vel ipsum nomen panes in tali speciem formatos fuisse ostendit; accedit testimonium Heraclidis apud Athenaeum l. l. conditos eos esse aniso, caseo, oleo. Usus erat autem hoc vocabulo Eupolis, ut refert Photius lex. p. 183, 11. Tum *θάργηλος*, idem ab aliis *θαλύσιος* nominatus, auctore Cratete apud Athenaeum l. l., quem sequitur Eusthathius in Il. p. 772, 24, panis erat e frugum primitiis, nimirum festis Thargeliorum diebus, confectus, cf. Hesych. v. *Θαργήλια*. Nam *θαργήλια* sunt *πάντες οἱ ἀπὸ γῆς καρποί*, nomine a verbo *θέρειν* repetito, quemadmodum est in Et. M. p. 443, 19, cf. Lobeckium

Pathol. p. 516. Thargeliis cum simillima fuerint, quae alibi Thalysia vocabantur, Dianae, Cereri, Baccho sacra, accidit ut etiam θάργηλος et θαλύσιος idem significarent; cf. Menandr. in Walz. Rhet. Gr. IX p. 251, Hesych. v. θαλύσια et θαλύσιος ἄρτος, schol. AD Il. IX 534, Eust. in Il. p. 772, 22. Deinde σησαμίτης, qui etiam σησαμίς[1]) et σησάμη nominabatur, e sesamo et melle confici solebat[2]), cf. Hesych. v. σησαμοῦς et Et. M. p. 697, 28. Proponebantur autem hi panes praemia victoribus in cottabo[3]) et qui in conviviis auroram usque pervigilassent[4]); eorum aliquem etiam in nuptiis usum fuisse testis est scholiasta Arist. Pax v. 869. Similis fuit, cuius a a Luciano Pisc. c. 41 fit mentio, σησαμαῖος πλακοῦς, idem fortasse πυραμοῦς ille etiam ipse e sesamis paratus. Rem ab Athenaeo dubitanter propositam aliorum infirmant testimonia, vel quod est in Et. M. p. 697, 27: πυραμίς. ἡ ἐκ πυρῶν καὶ μέλιτος. τινὲς δὲ ἀπὸ τοῦ σχήματος[5]), cf. Athen. XIV p. 647c, Hesych. et Suid., s. v. Idem fere tamen sesamitae erat et pyramuntis usus, cf. Hesych. v. σησαμόεντ' ἄρτον, Et. M. p. 533, 21. Suid. v. πυραμοῦς, Eust. in Od. p. 1843, 25. Ἀνάστατοι autem quomodo parati sint, nusquam proditur; datos eos esse Arrhephoris praeter Athenaeum auctor est Suidas s. v. Iidem commemorantur etiam a Pausania lexicographo apud Eustathium in Il. p. 1165, 10. Ceterum recte quis eundem atque ἀνάστατον fuisse ὀρθοστάτην suspicetur, cuius mentio fit a Polluce VI 73 et Hesychio s. v. Denique θιαγόνες, quos Trypho in Aetolia diis oblatos esse dicit, noverunt etiam Nicander grammaticus apud Athenaeum III p. 114c et Hesychius s. v.

Praeter haec panum genera et alia hic illic nominantur, velut a Polluce I 248, VI 33, 72, Pausania in Eust. in Il. p. 1165, 10, Athenaeo III p. 109—116, quibus fortasse etiam

---

1) Repugnat tamen schol. Arist. Pax v. 869 σησαμοῦς et σησαμίς et σησαμῆ (nam et ita nonnullos scripsisse tradit Photius lex. p. 510, 15) distinguens.

2) Ita fiebant etiam ἔλαφος et χοιρίναι, cf. Athen. XIV p. 646e, 647c.

3) Cf. Et. M. p. 533, 21.

4) Cf. Hesych. v. σησαμόεντ' ἄρτον et Suid. v. πυραμοῦς.

5) Quae Heraclidae ἐν Ὀψαρτυτικῷ esse videntur, cf. Et. Gud. p. 488, 29.

in hoc Tryphonis libro locus fuit. Certe eum non de his modo, quos hoc fragmento recensuerat, dixisse sequentia docent.

2 (117). Athenaeus III p. 109b: *Τρύφων ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τοῖς Φυτικοῖς ἐπιγραφομένοις ἄρτων ἐκτίθεται γένη, εἴ τι κἀγὼ μέμνημαι, ζυμίτην, ἄζυμον, σεμιδαλίτην, χονδρίτην, συγκομιστόν — τοῦτον δ᾽ εἶναί φησι καὶ διαχωρητικώτερον τοῦ καθαροῦ — τὸν ἐξ ὀλυρῶν, τὸν ἐκ τιφῶν, τὸν ἐκ μελινῶν. γίνεται δέ, φησίν, ὁ χονδρίτης ἐκ τῶν ζειῶν· ἐκ γὰρ κριθῆς χόνδρον μὴ γίνεσθαι. παρὰ δὲ τὰς ὀπτήσεις ὀνομάζεσθαι ἰπνίτην, οὗ μνημονεύειν Τιμοκλέα ἐν Ψευδολησταῖς οὕτως*

καταμαθὼν δὲ κειμένην
θερμὴν σκάφην ἰπνιτῶν ἤσθιον [6]).

ἐσχαρίτην. τούτου μνημονεύει Ἀντίδοτος ἐν Πρωτοχόρῳ

λαβόντα θερμοὺς ἐσχαρίτας, πῶς γὰρ οὔ;
τούτους ἀνειλίττοντα βάπτειν εἰς γλυκύν [7]).

καὶ Κρώβυλος ἐν Ἀπαγχομένῳ

καὶ σκάφην λαβών τινα
τῶν ἐσχαριτῶν τῶν καθαρῶν

Ut dubium est, num quae de *ἐσχαρίτης* ibi leguntur, a Tryphone profecta sint, ita manifesto supplenda eius verba e grammatico Hermanni de emend. gramm. p. 326 vel e Cram. An. Par. IV p. 248: *Τρύφων ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἄρτων γένη ἐκτίθεται διάφορα, ζυμίτην, ἄζυμον, σεμιδαλίτην, ἐγκρυφίαν καὶ κλιβανίτην, ὃν κριβανίτην φασὶν Ἀττικοὶ διὰ τοῦ ρ.*

Habemus ergo e Tryphone haec panum genera: *ζυμίτην, ἄζυμον, σεμιδαλίτην, χονδρίτην, συγκομιστόν, ἰπνίτην, ἐσχαρίτην, ἐγκρυφίαν, κλιβανίτην* vel *κριβανίτην.*

At singula accuratius inspiciamus. *Ζυμίτης* vel, ut videtur, minus recte *ζυμήτης* et *ζυμήεις* [8]) et *ζυμωτός* [9]) idem significasse videntur. De *ζύμητες* apud Athenaeum IV p. 151a vide Schneideri notam ad Xen. An. VII 2, 21. Ceterum hoc de pane inter grammaticos non constitit, cum compluria panum genera *ζυμῖται* vocarentur. Nam ut quae in Et. M. p. 412, 38 leguntur: *ἄρτοι ζυμῖται, οἱ μεγάλοι,* quorum fons

6) Versus correxit Meinekius Com. frg. III p. 612.
7) Cf. Com. frg. III p. 529.
8) Cf. Hesych. s. v., qui *ζυμίτης* formam esse Atticam tradit.
9) Saepius id habent LXX interpretes.

est Xenophon An. VII 2, 21 (cf. Et. Gud. p. 232, 52) omittam, haecce Athenaeus III p. 111c: *ναστὸς ἄρτος ζυμίτης καλεῖται μέγας, ὥς φησι Πολέμαρχος καὶ Ἀρτεμίδωρος*, et p. 111e: *ἄρτου δ' εἶδός ἐστι καὶ ὁ ἀποπυρίας καλούμενος, ἐπ' ἀνθράκων δ' ὀπτᾶται. καλεῖται δ' οὗτος ὑπό τινων ζυμίτης. Κρατῖνος Μαλθακοῖς*, cf. Mein. Com. frg. I p. 74. Nihil ergo certi hoc de pane scimus, nisi quod fermentatum eum fuisse ipso nomine docemur. At e fermento et alios paratos esse auctor exstat Athenaeus III p. 113b.

Deinde qui a Tryphone *ἄζυμος ἄρτος* nominatur, idem teste Nicandro fortasse a Thessalis *δάρατος* vocatus est, cf. Athen. III p. 110d, 114b. Panis sine fermento confectionem copiosius perscriptam habemus in Geopon. II 33, 1 et 2. Tum *σεμιδαλίτης* sive *σεμίδαλις*, quam formam offert Pollux VI 75 e Lycurgo oratore multisque comicis, fuit e semilagine confectus panis conditus. *Χονδρίτης* autem ex adore fiebat, ut ipse Trypho tradidit; nec multum testibus Hesychio et Suida s. v. a semidalite distabat. Idem fuisse videtur *χόνδρινος ἄρτος*, idem teste Archestrato apud Athenaeum III p. 112b, qui a Thessalis *κριμματίας* vocabatur. *Συγκομιστός* vero cum a Tryphone describatur, haud scio an iam veteribus grammaticis incognitus controversiam moverit: illius igitur haec est interpretatio: *ὁ ἐξ ὀλυρῶν, ὁ ἐκ τιφῶν, ὁ ἐκ μελινῶν*. Ceterum haud dissimilis forsitan illi fuerit, quem frg. 116 *θαλύσιον* vel *θάργηλον* appellaverat. Eandem fere confectionis rationem tradit etiam auctor Etymologici M. p. 733, 4: *συγκομιστοί, ἤγουν ἄρτοι ῥυπαροί, διὰ τὸ πάντα τὰ ἄλευρα ὁμοῦ συγκομίζεσθαι καὶ μὴ διακρίνεσθαι*, quae e Galeni lexico p. 570 deprompta sunt. Neque multum diversa sunt Athenaei III p. 115c verba: *οἱ συγκομιστοί, ἐξ ἀσήστων ἀλεύρων γινόμενοι*. Idem, si vox sana est, apud Hesychium *ἀμμισκόμιστος ἄρτος* denotat. Tum *ἰπνίτης*, inquit Trypho, nomen a coquendi ratione traxit. Similis est vocis *ἐσχαρίτης* origo; qui qualis fuerit, non satis dilucide proditum habemus. Nam cum Suidae et Photii lex. p. 23, 15 glossa: *ἐσχαρίτην. ψωμίον ἀπὸ κλιβάνου*, hunc et *κλιβανίτην* eosdem fuisse videatur exprimere, contra Hesychii explicatio: *ἐσχαρίτης. ἄρτος ἔγκρυπτος* ad *ἐγκρυφίαν* nos perducit.

Ἐγκρυφίας autem e semilagine factus in cinere coquebatur, cf. Athen. III p. 112b, Hesych. Zonar. Suid. s. v. Non multum igitur fortasse inter hunc et *βάκχυλον* fuit discriminis,

Eliacum quendam panem, cf. Athen. III p. 111 d. Quibus testimoniis addamus Dioclem Carystium apud Athenaeum III p. 110 b ἡ δ' ἐπανθρακίς ἐστι τῶν λαγάνων ἁπαλωτέρα. ἔοικε δὲ καὶ οὗτος ἐπ' ἀνθράκων γίνεσθαι, ὥσπερ καὶ ὁ παρ' Ἀττικοῖς ἐγκρυφίας· ὃν καὶ Ἀλεξανδρεῖς τῷ Κρόνῳ ἀφιεροῦντες προτιθέασιν ἐσθίειν τῷ βουλομένῳ ἐν τῷ τοῦ Κρόνου ἱερῷ. Tegeatarum ἐγκρυφίαν commemorat Archestratus apud Athenaeum III p. 112 b. Protrahebatur autem ille e furno undique cinere obsitus, quemadmodum Lucianus dial. mort. 20, 4 Empedoclem Aetnaeis ignibus combustum describit: ὁ δὲ σποδοῦ πλέως ὥσπερ ἐγκρυφίας ἄρτος, ὁ τὰς φλυκταίνας ἐξηνθηκώς, τίς ἐστιν; Cui consimilis πυριάτης fuit, cf. schol. Lucian. Lexiph. c. 3; fortasse etiam κύστη propter ipsam originem et Hesychii interpretationem ἄρτος σποδίτης[10]). Denique κλιβανίτης vel κριβανίτης aeque atque ἰπνίτης et ἐσχαρίτης a coquendi ratione nomen accepit; fuit enim panis fermentatus ἐν κριβάνῳ ὠπτημένος, ut Suidas s. v. refert. Idem haud dubie apud Athenaeum III p. 113 b et Eustathium in Il. p. 132, 33 κλιβανίκιος ἄρτος et κριβανωτός significant. Profuisse vero illum valetudini auctorem habemus Athenaeum III p. 115 e et Florentinum in Geoponicis II 33, 5; 47, 10. Formam autem si respicis vocabuli, Aristophanem κριβανίτης, quae Atticis a Tryphone attribuitur, ubique usurpasse reperies; cf. Athen. III p. 110 c, Suid. v. κρίβανον, Eust. in Od. p. 1511, 13. Verum etiam Sophro κριβανίτης dixerat. Praeferendum igitur, quod est in Et. Gud. p. 346, 29 utramque formam Doricam esse, testimonio auctoris Et. M. p. 538, 18 solum κλιβανίτης ad Dores reicientis.

3 (118). Athenaeus III p. 114 e: Καὶ μάζας δ' ἔστιν εὑρεῖν ἀναγεγραμμένας παρά τε τῷ Τρύφωνι καὶ παρ' ἄλλοις πλείοσιν. παρ' Ἀθηναίοις μὲν φυστὴν τὴν μὴ ἄγαν τετριμμένην, ἔτι δὲ καρδαμάλην καὶ βήρηκα καὶ τολύπας καὶ ἀχίλλειον· καὶ ἴσως αὕτη ἐστὶν ἡ ἐξ ἀχιλλείων κριθῶν γινομένη· θριδακίνας τε καὶ οἰνοῦτταν καὶ μελιτοῦτταν καὶ κρίνον, καλούμενον καὶ σχῆμά τι χορικῆς ὀρχήσεως παρ' Ἀπολλοφάνει ἐν Δαλίδι. αἱ δὲ παρ' Ἀλκμᾶνι θριδακίσκαι λεγόμεναι αἱ αὐταί εἰσι ταῖς Ἀττικαῖς θριδακίναις. λέγει δ' οὕτως ὁ Ἀλκμάν ‚θριδακίσκας τε καὶ κριβανωτώς.'

---

10) Ita recte Pearsonus pro σπογγίτης.

Quae etsi non e Tryphone solo, verum etiam ex aliorum libris Athenaeus tradit, nimirum tamen plurima, fortasse omnia ad illum referenda sunt. Ac φύστη quidem vel, quod Herodianus praefert, φυστή vel φυστῆ[11]), forma a Moeride Attic. p. 384 commendata, maza erat e polenta vinoque facta, tum in scaphis trita et modice humectata; ita Leonidas Tarentinus in Anth. Pal. I p. 531, schol. Arist. Vesp. v. 608, Et. M. p. 803, 1. Simillima Tryphoni φυστή, ἡ μὴ ἄγαν τετριμμένη μᾶζα scribenti Hesychius protulit: μᾶζα ἄτριπτος, eodemque Moeridis glossa: φυστῆ. τὸ φύραμα τῶν ἀλφίτων, ὅταν μὴ γένηται μᾶζα spectare videtur. Apud Athenaeum καρδαμάλη an καρδαμύλη scribendum sit, ambigitur. Eustathius quidem in Il. p. 743, 17 ex Athenaeo καρδαμύλη affert, contra καρδαμάλη Hesychii s. v. et Photii lex. p. 131, 11 testimoniis firmatur; quin etiam alii καρδάμη et παρδαμάλη pronuntiaverunt. Erat autem maza e cardamo confecta Persisque usitatissima, cf. Phot. lex. p. 131, 11. Tum βήρηξ sive βῆραξ non a gloma aeque ac τολύπη (cf. Eust. in Od. p. 1414, 30), sed a gladii specie quadam nomen traxit. Ita enim Hesychius: βήρηκες. μάχαιραι ὀρθαί. οἱ δὲ ἁπλῶς μαχαίρας. ἄλλοι μάζας ἄνωθεν κέρατα ἐχούσας. Quibuscum consentiunt haec in Bekk. An. p. 226, 1: βήρηκες. μᾶζαι ὀρθαί. οἱ δὲ ἁπλῶς μάζας ἐπάνω κέρατα ἐχούσας[12]). Confectos eos autem e polenta percolata fuisse auctor est Pollux VI 77. Eiusmodi mazae in Laconicis diebus festis Βηρήκια dictis, sacrificantibus proponi solebant, cf. Bekk. An. l. l. Tum τολύπη teste Hesychio s. v. (cf. Eust. in Od. p. 1414, 30) cum eadem fuerit ac βήρηξ, plures fortasse βηρήκων formae exstiterunt. Quae ad ἀχίλλειον adduntur, καὶ ἴσως αὕτη ἐστὶν ἡ ἐξ ἀχιλλείων κριθῶν γενομένη Athenaei esse videntur; quae descripsit Eustathius in Od. p. 1414, 32. Ceterum alios mazam ἀχιλλεία, materiam ἀχιλλεῖα vocitasse e Bekk. An. p. 474, 8 discas. Ἀχίλλειον, mazam quandam ex hordeo puro, prytanibus appositam esse scholiasta Arist. Equ. v. 816 et Suidas s. v. (cf. Athen. IV p. 137e) testantur. Deinde θριδακίνη, quam etiam θριδακίσκη Alcman vocavit, quomodo a θρῖδαξ distincta fuerit, docemur ab Helladio in Phot. bibl. p. 532, 12a: ὅτι μάζης μὲν εἶδος

---

11) De accentu vide Lobeck. Pathol. p. 351.

12) Similis fuisse videtur ὁ βοῦς apud Pollucem VI 76.

οἱ παλαιοὶ θριδακίνην καλοῦσι, τὴν δὲ βοτάνην θρίδακα. οἱ δὲ ἰατροὶ θρίδακα μὲν τὸ ἥμερον λάχανον, θριδακίνην δὲ τὸ ἄγριον καλοῦσιν. Quam controversiam Lobeckius ad Phryn. p. 130 uberius tractavit. Praeter nomen cum nihil proditum habeamus, acquiescendum in coniectura probabili *θριδακίνην* e lactuca esse paratam. *Μελιτοῦτταν* autem cum melle, sicuti *οἰνοῦτταν* cum vino depstam fuisse, etiamsi lexicographorum testimoniis destituti essemus, facile divinaremus. *Μελιτοῦττα* offerebatur draconibus in Trophonii oraculo [13]) et draconi Minervae Poliadis, eadem mortuis pro viatico dabatur, cf. Poll. VI 76, Hesych. v. *οἰκουρὸν ὄφιν*, schol. Arist. Nub. v. 508, Suid. s. v. De *κρίνον* denique nihil accuratius traditum; quae Trypho habet, Eustathius in Il. p. 1018, 18 descripsit. Mazarum, quae sacrae fuerint quibusque homines vesci soliti sint, Pollux VI 75 docet.

4 (119). Athenaeus III p. 78a: *Περὶ τῆς προσηγορίας τῶν σύκων λέγων Τρύφων ἐν δευτέρῳ φυτῶν ἱστορίας Δωρίωνά φησιν ἐν Γεωργικῷ ἱστορεῖν Συκέα, ἕνα τινὰ τῶν Τιτάνων, διωκόμενον ὑπὸ Διὸς τὴν μητέρα Γῆν ὑποδέξασθαι καὶ ἀνεῖναι τὸ φυτὸν εἰς διατριβὴν τῷ παιδί, ἀφ' οὗ καὶ Συκέαν πόλιν εἶναι ἐν Κιλικίᾳ.*

Quorum nonnulla alieno loco apud Stephanum Byz. p. 591, 3 inserta leguntur, sic scripta: *φησὶν ἕνα τῶν Τιτάνων Συκέα διωκόμενον τὴν μητέρα Γῆν ὑποδέξασθαι καὶ ἀνεῖναι τὸ φυτὸν τοῦτο.* Unde Meinekius Athenaeo *Συκέα* reddendum censuit pro *Συκέαν*, quam deteriorem formam Eustathius quoque in Od. p. 1964, 13 tuetur. A Syca, Oxyli filia, fructus nomen Pherenicus Heracleota apud Athenaeum III p. 78b arcessivit, novam vero et perquam miram originationem Philemon p. 101: *ἐκ τοῦ σεύεσθαι ἤγουν ὁρμᾶν καὶ τοῦ κύειν ἡ συκῆ* commentus est.

5 (120). Hesychius v. *ῥαφανίς. Ῥαφανὶς καὶ ῥάφανος διαφέρει παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. ῥάφανος μὲν γὰρ ἡ κράμβη, ῥαφανὶς δὲ ἡ παρ' ἡμῖν ῥάφανος. Τρύφων δέ φησι παρὰ Δωριεῦσι τὰς μικρὰς ῥαφανῖδας λέγεσθαι, τὰς δὲ μεγάλας ῥάφας.*

Quo loco quamquam Tryphonem solum de *ῥαφανίς* et *ῥάφη* sive *ῥάφα* disputasse legimus, procul dubio tamen de reliquis quoque formis disseruit. Proxime ad verba Hesychii

13) Etiamne Herculi? cf. Arist. Av. v. 567.

accedit Ammonius de diff. voc. p. 122: *ῥάφανος καὶ ῥαφανὶς διαφέρει. ῥάφανον μὲν γὰρ Ἀττικοὶ λέγουσι τὴν παρ' ἡμῖν κράμβην, ῥαφανῖδα δὲ τὴν παρ' ἡμῖν ῥάπανον.* Dubium ergo, utrum apud Hesychium *ῥάφανος* retinendum an ex Ammonio *ῥάπανος* aut e Suida et schol. Arist. Plut. v. 544 *ῥέφανος* scribendum sit. Qua de re cf. Valk. anim. ad Ammon. p. 203. Atque in eo quidem omnes consentiunt veteres grammatici, Atticis *ῥάφανος* valuisse *κράμβη*. Demonstravit id Athenaeus I p. 34d multis comicorum exemplis, cf. Phryn. ecl. p. 141, Poll. VI 54, Thom. Mag. p. 322, 16, schol. Arist. Plut. v. 544, Phot. lex. p. 483, 19, Eust. in Il. p. 1623, 42, Suid. v. *ῥαφανίς*. Ceterum haec utriusque vocis commistio ab Epicharmo et Callia originem traxisse videtur, cf. Athen. II p. 57a, Phot. lex. p. 483, 18. Unde quae Theophrasto HP VII 4, 4 (cf. Athen. IX p. 369f) *λέγω δὲ τὴν κράμβην* ad *ῥάφανος* addendi fuerit caussa, perspicimus. Quod autem e Tryphone vocum *ῥαφανῖδες* et *ῥάφαι* discrimen traditur, vix alibi repetitum invenias. Postremo *ῥαφανῖδας* an *ῥαφανίδας* ei reddere praestet, propter Athenaei II p. 56e verba *καὶ ἐκτεταμένως δὲ καὶ κατὰ συστολὴν λέγεται παρὰ Ἀττικοῖς*, ambiguum est.

XX.

ΠΕΡΙ ΖΩΙΩΝ.

Quamquam praeter unum fragmentum nihil servatum est, pariter tamen atque in libris *φυτικῶν*, Tryphonem non rerum naturalium exploratione, sed vocabulis maximeque reconditis et investigandis et explicandis occupatum fuisse recte conicies. Sed videamus quae superant.

1 (121). Athenaeus VII p. 324f: *Τρύφων φησὶν ἐν τοῖς περὶ ζῴων τὸν τριγόλαν τινὰς οἴεσθαι κόκκυγα εἶναι διά τε τὸ ἐμφερὲς καὶ τὴν τῶν ὀπισθίων ξηρότητα, ἣν σεσημείωται ὁ Σώφρων λέγων*

Τρίγλας μέν γε πίονας, τριγόλα δ' ὀπίσθια.

Cuius piscis seu avis saepius a Sophrone mentionem esse factam ex Athenaeo VII p. 324e cognoscimus. Idemne fuit, qui ab Hesychio s. v. *τριγός* vocatur?

XXI.

ΠΕΡΙ ΣΧΗΜΑΤΩΝ.

Σχήματα aut rhetorica fuerunt aut grammatica; ad rhetorica [1]) vero cum unum, quod certo inde repetitum esse scimus, fragmentum non pertineat, ad grammatica convertamur oportet. Fuerunt autem *σχήματα* dialectorum urbium quarundam vel, quod saepe idem est, scriptorum proprietates, quales fuerunt *σχῆμα Ἰβύκειον, σχῆμα Κολοφώνιον* alia; quae Lesbonax tractavit apud Valcken. Ammon. p. 178. Sed ne haec quidem Tryphonis quaestionibus illis materiam praebuerunt. Cui quid *σχῆμα* valuerit, protulisse arbitror Dionysium Thracem p. 635, 21: *σχήματα δὲ ὀνομάτων εἰσὶ τρία, ἁπλοῦν, σύνθετον, παρασύνθετον. τῶν δὲ συνθέτων διαφοραί εἰσι τέσσαρες. ἃ μὲν γὰρ αὐτῶν εἰσὶν ἐκ δύο τελείων, ὡς Χειρίσοφος, ἃ δὲ ἐκ δύο ἀπολειπόντων, ὡς Σοφοκλῆς, ἃ δὲ ἐξ ἀπολείποντος καὶ τελείου, ὡς Φιλόδημος, ἃ δὲ ἐκ τελείου καὶ ἀπολείποντος, ὡς Περικλῆς,* cf. Choeroboscum in Bekk. An. p. 1279. [2]) Neque alias res Apollonium in libro *περὶ σχημάτων* vel, ut est apud Suidam, *περὶ σχημάτων Ὁμηρικῶν* exposuisse e libris de coni. p. 495, 31; 502, 16; 503, 8, de pron. p. 79c, de constr. or. IV p. 324 apparet. Unum, quod e Tryphone de figuris servatum est fragmentum, habes in Et. M. p. 137, 7:

1 (122). *Ἀργιόδους, ὁ μεγαλόδους. πολλὴ δὲ ἡ χρῆσις τῆς λέξεως. παρὰ τὸ ἀρι ἐπιτατικὸν καὶ τὸ ὀδοὺς γίνεται ἀριόδους, ὡς ἀρίζηλος, καὶ πλεονασμῷ τοῦ γ ἀργιόδους, ὡς ἄνοια ἄγνοια καὶ ῥαῖα γραῖα. εἰ γὰρ παρὰ τὸ ἀργός, ἀργόδους ἦν ἄν. οὕτω Τρύφων ἐν τῷ περὶ σχημάτων.*

Quae Tryphonis verba, auctoris tamen nomine omisso, ita scripta exstant in Epim. Hom. p. 85, 1: *ἀργιόδους, ὁ μεγαλόδους. παρὰ τὸ ἀρι ἐπιτατικὸν μόριον ἀριόδους καὶ ἐν πλεονασμῷ [τοῦ γ] ἀργιόδους· ὁ δὲ πλεονασμὸς ὡς ἐπὶ τοῦ*

---

1) Cf. Walz. Rhet. Gr. vol. VIII p. 414—714.

2) In eandem sententiam, sed alio testimonio usum Lerschium Sprachphil. II p. 81 incidisse video; cf. Preller Zeitschr. f. Alt. Wiss. 1839 nr. 53: *γραμματικοὶ οὕτως ὁρίζεσθαι βούλονται, σχῆμα λέγοντες εἶναι λέξεων ποσότητα ὑφ' ἕνα τόνον καὶ ἓν πνεῦμα ἀδιαστάτως ἀγομένων ἐν ἁπλότητι ἢ συνθέσει. ὃ καὶ διαιρεῖται αὐτοῖς εἰς τρία, εἴς τε τὸ ἁπλοῦν, τὸ σύνθετον καὶ παρασύνθετον.*

ἄγνοια, ἄνοια γάρ, καὶ γραῖα, ῥαῖα γάρ, ἡ διαφθαρεῖσα ἐκ τοῦ χρόνου. Unde etiam Zonaras, quae p. 286 habet: *ἀργιόδοντες. λευκοὶ τοὺς ὀδόντας ἢ μεγάλοι*, ex parte forsitan deprompserit. Reliqui vero grammatici *ἀργιόδους* ab *ἀργός* repetunt, tamen utrum *λευκόδους* id an *ὀξυόδους* valeat, ancipites, cf. Apoll. Soph. et Hesych. s. v., Eust. in Il. p. 845, 8; 1286, 9. Quocirca apud Suidam et in Bekk. An. p. 442, 27: *ἀργιόδοντα. λευκόδοντα ἢ ὀξυόδοντα* rescribas. Per *ἀναγραμματισμόν* derivat *ἀργιόδους* ab *ἄγριος* Eustathius in Il. p. 773, 20, sine dubio verbis Homericis *σῦν ἄγριον ἀργιόδοντα* deceptus. Verum etiam Trypho ex *ἀρι* et *ὀδούς* effici *ἀριόδους*, tum *ἀργιόδους* autumans fallitur; cum voces *ἀργίπους, ἀργιπόδης, ἀργικέραυνος, ἀργιβόειος, ἀργίκερως* nusquam nisi in *ἀργός* originem quaerendam esse ostendant[3]). Eodem modo etiam *ἀργιόδους* et *χαυλιόδους*[4]) formata sunt, quamquam horum propter hiatum aliam rationem esse non diffiteor. De significatione inter grammaticos nimirum ex Il. X 263 *λευκοὶ ὀδόντες ἀργιόδοντος ὑός* dissensio orta. Quae per pleonasmum recte Lucas quaest. lexic. p. 182 interpretatus est. Tum in eundem ac Trypho, *ἄγνοια* per pleonasmum quendam ex *ἄνοια* factum esse, errorem etiam Heraclides incidit, cf. Hort. Adon. p. 32, 10. Denique de *γραῖα* similiter iudicatum in Et. M. p. 222, 38: *παρὰ τὸ ῥῶ τὸ φθείρω ῥαῖα καὶ γραῖα πλεονασμῷ τοῦ γ*, cf. p. 239, 20, Et. Gud. p. 129, 30.

2 (123). Ad eandem de *ἀργιόδους* quaestionem ea, quae de *Ἀργειφόντης* e Tryphone traduntur, referas. Sunt vero haec:

Cram. An. Par. IV p. 60, 31: *Ἀργειφόντης. παρὰ γὰρ [τὸ] ἐναργεῖς τὰς φαντασίας ποιεῖν. Τρύφων δὲ διὰ τοῦ ι· ἤτοι γὰρ ἀριφόντης*[5]) *ὁ μεγάλως φανταζόμενος διὰ τοὺς ὀνείρους.* — Pag. 61, 1: *Ἀργηφόντης. ὥς φασιν Ἀλεξίων καὶ Ἀρχίας καὶ Ἀρίσταρχος ..... ὡς Δίδυμος καὶ Τρύφων.* — Pag. 179, 29: *Ἀργειφόντης. παρὰ τὸ ἐναργεῖς [τὰς] φαντα-*

---

3) De obsoleta vocabulorum compositorum ι pro α commissura vide Lobeckium ad Phryn. p. 665, 686.

4) De duplici vocum cum *ὀδούς* compositarum in *ους* et *ων* exitu copiosius disseruit Lobeckius Paral. p. 248.

5) *Ἀργιφόντης* Stiehlius, Cramerus *Ἀριστοφάνης*, Nauckius Arist. Byz. frg. p. 230 *ἀριστοφάνης*.

σίας [ποιεῖν], ὥς φασιν Ἀλεξίων, Ἀρχίας καὶ Ἀρίσταρχος. ἢ ἀριφόντης ὁ μεγάλα φανταζόμενος, ὡς Δίδυμος καὶ Τρύφων. — Et. Gud. p. 73, 27: *Ἀργειφόντης, ὁ μεγάλως φανταζόμενος τοῖς ὀνείροις, ὡς Δίδυμος καὶ Τρύφων.*

Trypho igitur et Didymus *Ἀργιφόντης* ex *ἀριφόντης* id factum opinati scribebant. Quam ad sententiam illustrandam et ea faciunt, quae de Didymo traduntur in Et. M. p. 137, 2: *Ἀργειφόντης, Δίδυμος διὰ τοῦ ι γράφει· λέγει γάρ, ὥσπερ ἀπὸ τοῦ ἀρι ἐπιτατικοῦ γίνεται ἀριδείκετος, οὕτω τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἀπὸ τοῦ ἀρι γίνεται ἀριφόντης καὶ πλεονασμῷ τοῦ γ ἀργιφόντης*, cf. Et. Gud. p. 71, 42. Unde quae in secundo fragmento de Tryphone et Didymo exciderunt suppleas. Eandem autem *Ἀργιφόντης* scripturam apud Hesychium s. v. invenies. At neque *Ἀργιφόντης* neque *ἀργιόδους*, sicuti Trypho volebat, nasci potuerunt. Vulgarem explicationem, Mercurium Argo interfecto nomen illud accepisse, quominus probemus, diphthongus *ει* impedit, quam frustra Eustathius in Il. p. 183, 1 defendere conatur, cf. Et. M. p. 136, 55; 461, 28. Praeterea Sophocles Apollini, Telepho Parthenius cognomen *Ἀργειφόντης* indiderunt, ut est in Et. Gud. p. 72, 52, Cram. An. Par. IV p. 60, 21, cf., Mein. Anal. Alex. p. 286. Quo etiam Pausaniae lexicographi apud Eustathium in Il. p. 183, 12 glossa *Ἀργειφόντης, ὁ ὀφιοκτόνος· ἀργῆν γὰρ ἔνιοι τὸν ὄφιν καλοῦσιν* spectat, cf. Epim. Hom. p. 84, 19. Syllabarum autem *φόντης* a *φένω* deductioni favent *Δηιφόντης, μητροφόντης* alia id genus. Aliis *Ἀργειφόντης* erat *ὁ ἀργὸς φόνου καὶ καθαρός* vel *ὁ καταργῶν τοὺς φόνους* vel *ὁ ἀργοφόνος*, quae quid sibi velint, additamentum *εἰρηνικὸς γὰρ ὁ θεός* sive *ὁ λόγος* indicat, cf. Apoll. Soph. et Hesych. s. v., schol. Il. II 103, XVI 181, Od. I 38, Eust. in Il. p. 182, 21; 1249, 1, in Od. p. 1388, 18, Et. M. p. 136, 47. Contra Aristarchum, Archiam, Alexionem interpretatione *παρὰ ἐναργεῖς τὰς φαντασίας ποιεῖν* vel *πέμπειν* usos esse ex Epimerismis Hom. p. 84, 19 perspicias. Tentarunt vero et alias grammatici originationes, quas praeterquam in locis modo laudatis in schol. Il. XXIV 24, Eust. in Od. p. 1393, 22; 1522, 52, Et. Gud. p. 71, 41; 72, 52 invenies. Aegre igitur aliquid ab omni dubitatione liberum in medium proferas.

3 (124). Cram. An. Par. IV p. 188, 32: *Ποσειδῶν. οὕτω*

Δίδυμος καὶ Τρύφων ἀπὸ τῆς πόσεως, Ἀλεξίων δὲ καὶ Ἀπολλώνιος διὰ τοῦ ι παρὰ τὴν ποσίν[6]) *δοτικήν.*

Didymus ergo et Trypho *Ποσειδῶν*, Alexis et Apollonius *Ποσιδῶν* scripserunt. Cum Tryphonis praecepto facit Plato Cratyl. p. 402e: *Ποσειδῶνα, ὡς ποσίδεσμον ὄντα· τὸ δὲ εἶ ἔγκειται ἴσως εὐπρεπείας ἕνεκα.* Unde forsitan etiam Apollonii et Alexionis sententia originem traxerit, cf. Et. M. p. 684, 29. Quorum scripturam et ii adoptasse videntur, qui *Ποσειδῶν* a *πόσις* deduxerunt, cf. Epim. Hom. p. 336, 1, Et. Gud. p. 237, 33; 476, 50, M. p. 426, 52; 684, 25.

4 (125). Epim. Hom. p. 207, 25: *Ἰφθίμους Τρύφων ἀπεδήλωσε τοὺς ἰσχυρούς.*

Tryphoni, opinor, *ἴφθιμος* simplex erat, Zenodoto, qui *ἀγαθός* idem significare iudicaverat, compositum. De duplici origine haec habet Eustathius in Il. p. 16, 12: *τὸ δὲ ἴφθιμος ψυχὴ γίνεται ἐκ τοῦ ἶφι τὸ ἰσχυρῶς πλεονασμῷ τοῦ θ, ἵνα ᾖ, ὥσπερ ὄψι ὄψιμος ἢ καὶ ἄλλως, ὡς ἄνθος ἄνθιμος, οὕτω ἶφι ἴφιμος καὶ πλεονασμῷ ἴφθιμος, ὑπερβιβασθέντος τοῦ χρόνου καὶ τῆς ἀρχῆς γενομένης θέσει μακρᾶς, τῆς δὲ παραληγούσης φύσει ἐκταθείσης. τὸ δὲ εἰπεῖν γενέσθαι αὐτὸ ἐκ τοῦ ἶφι καὶ τοῦ θυμός ἡ ψυχὴ οὐ λίαν ἀρέσκει τοῖς παλαιοῖς*, cf. Phav. ecl. p. 255, 14. Copiosius de utraque origine etiam in Epim. Hom. p. 205, 32, Et. M. p. 480, 23, Gud. p. 285, 27 expositum est. Pariter ac Tryphonem Seleucum quoque iudicasse ex Epim. Hom. p. 207 colligas. Interpretationem autem eius *ἰσχυρός* habemus in Hesych. v. *ἐπ' ἰφθίμῳ*, Et. M. p. 480, 23, 41, Gud. p. 285, 16, Zonar. p. 1133, Phot. lex. p. 118, 21, Cram. An. Par. III p. 116, 3, Suid. s. v. Neque multum differt Apollonii Sophistae explicatio *ἰσχυρόψυχος*, nisi quod compositionem ex *ἶφι* et *θυμός* probasse videtur. Zenodoti vero *ἀγαθός* praeter Hesychii glossam, ubi utraque sententia coniuncta legitur, etiam ab Apollonio Soph. s. v. et in schol. Ven. Il. I 3 receptum est. Compositam esse illam vocem et ipse Herodianus arbitratus est, cf. Epim. Hom. p. 206, 4; 216, 15, Et. Gud. p. 285, 16. Unde quantum Eustathii verbis: *τὸ δὲ εἰπεῖν γενέσθαι αὐτὸ ἐκ τοῦ ἶφι καὶ τοῦ θυμός ἡ ψυχὴ οὐ λίαν ἀρέσκει τοῖς παλαιοῖς* tribuendum sit, intelligas. Ipse vero Eustathius *ἴφθιμος* reddens vocibus *δαΐφρων* et *ἀνδρεῖος* utram

6) Cramerus *πόσιν.*

originationem praetulerit, ambigo, cf. in Il. p. 566, 21; 1175, 36, in Od. p. 1784, 30; 1939, 26.

5 (126). Et. Gud, p. 104, 4: *Βάναυσος. Τρύφων ὁ τοῦ Ἄμμωνος ἀπὸ τοῦ βαῦνος βάναυσος λέγει κατὰ πάθος, ὤφειλε γὰρ ὡς παρὰ τὸ ἵππος Ἵππασος, κριός Κρίασος*[7]), *οὕτω βαῦνος βαύνασος. γέγονε δὲ ἐν ὑπερθέσει.*

Quae sine auctoris nomine in schol. Dionys. Thr. p. 654, 31, ubi fortasse et alia servata sunt, exstant. Scholiasta igitur ille haec: *γίνεται δὲ ἡ λέξις (ὁ βάναυσος) παρὰ τὸ φῶ τὸ φαίνω, ἐξ οὗ φαύνω καὶ ἀποβολῇ τοῦ φ αὔνω. ἐκ τούτου αὐνός καὶ βαυνός, ὅπερ κοινῶς μὲν ὀξύνεται, Ἀττικῶς δὲ βαρύνεται· σημαίνει δὲ τὴν κάμινον, ὡς παρὰ τῷ Ἐρατοσθένει ‚μέσον δ' ἐξαύσατο βαυνόν‘, ἤγουν ὑφῆψε. καὶ ὡς παρὰ τὸ ἵππος Ἵππασος καὶ παρὰ τὸ χόρτος χόρτασος*[8]), *οὕτω καὶ παρὰ τὸ βαῦνος βαύνασος καὶ καθ' ὑπερβιβασμὸν βάναυσος.* Eadem notatio e codice Havniensi Arcadio p. 76, 21 reddenda est, eadem scholiastae Platonis p. 363, 409 Bekk. obversata videtur. Contra alii in *βάναυσος* praeter *βαῦνος* etiam *αὔω* latere existimarunt, velut Eustathius in Od. p. 1547, 57: *βάναυσος, ὁ αὔων τὸν βαῦνον*, cf. Bekk. An. p. 222, Et. M. p. 174, 35; 187, 42, Gud. p. 95, 17; 103, 54; 104, 4, Orio p. 32, 8. Aliorum futiles opiniones si cognoscere vis, inspicias Et. Gud. p. 103, 53. Denique de *Τρύφων ὁ τοῦ Ἄμμωνος* diximus p. 1.

6 (127). Epimerismi Hom. p. 54, 1: *Ἀσπίς. ὄνομα προσηγορικόν. γίνεται δέ, ὁ Τρύφων φησί, παρὰ τὸ ἀσπαστὴν εἶναι τοῖς φοροῦσιν*[9]), *εἴ γε ὁ ἀποβαλὼν ῥίψασπις. — καὶ ἐπὶ τοῦ [ἑρπετοῦ] Τρύφων μὲν διὰ τὸ ἄσπετον τοῦ ζῴου, ἑαυτὸ γὰρ συστρέψαν τὸ ζῷον μάχεται.*

Ubi quae omisi *ἢ παρὰ τὸ σπῶ τὸ ἐκτείνω, ὡς καὶ προείρηται, παράγωγον σπίζω, ἀπὸ τούτου σπιδής ὄνομα, ὡς φράζω φραδής. οὗ οὐδέτερον σπιδές, ὡς σαφές, γενικὴ σπιδέος. τοῦτο κατὰ στέρησιν ἀσπίς, ὅπλον [μὴ] εἰς ἔκτασιν με-*

---

7) Sturzius *ἱππάσιος* et *κρίασος*, correxi ex Il. XI 450, Apoll. Bibl. II 1, 2, Nonn. XXXII 187.

8) Compositum *ῥαφανοχόρτασος* habet Alciphro III 72; nisi propter *Χορτασῶ* (cf. Steph. Byz.) nomen *Χόρτασος* effingere mavis.

9) Cramerus *φρονοῦσιν*, qui error etiam in Et. M. p. 157, 17 irrepsit.

μηκυμένον, ἀλλὰ[10]) εἰς περιφέρειαν κεκυκλωμένον· αὐτὸς οὖν ἐπεξηγεῖται ‚πάντοσε ἴσην‘, Philoxeni esse ex Et. Gud. p. 85, 30 cognoscas, cuius interpretationem et Orionis p. 29, 11 et Eustathii in Il. p. 882, 56; 996, 23 verba redolent. E Tryphone autem haud pauca in Et. M. p. 157, 7, Gud. p. 85, 10; 184, 56 illata sunt. Verum etiam quae de animali ἀσπίς vocato e Tryphone referuntur, vitiata sunt. Quomodo enim ἄσπετος et ἑαυτὸ γὰρ συστρέψαν τὸ ζῷον μάχεται cohaerent? Ergo Etymologici M. p. 157, 9 verbis ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ ὅπλου· οὕτω γὰρ συστρέψαν ἑαυτὸ πολεμεῖ καὶ μάχεται adiuti, ita Epimerismorum Hom. l. l. restituemus: Τρύφων μὲν διὰ τὸ ἄσπετον τοῦ ζῴου, ἡμεῖς δὲ ἐκ τοῦ κυκλοτερής· ἑαυτὸ γὰρ συστρέψαν τὸ ζῷον μάχεται. A Tryphone non multum Philoxenus secessisse videtur, vocem illam ex α intensivo et σπίζω compositam autumans, cf. Et. Gud. p. 85, 30.

7 (128). Eustathius in Il. p. 1146, 56: Εἴληπται τὸ λιτί κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἀντὶ τοῦ ἁπαλῷ ἢ ἀντὶ τοῦ λιτῷ ἢ τοὐναντίον ποικίλῳ ἐξ ἀντιφράσεως, ὅπερ οἱ Ἀττικοὶ λῃίδιόν φασι τετρασυλλάβως, περὶ οὗ Τρύφων φησίν, ὡς ἔστι λεῖον λείου, ἐξ οὗ παραγωγὴ διὰ τοῦ διον λείδιον διὰ διφθόγγου, ὡς γραφείδιον ἀγγείδιον καὶ ἐκτάσει τοῦ ε εἰς η λῄδιον σὺν καὶ τῷ ι προσγεγραμμένῳ κατὰ τὸ εἴκαζον ᾔκαζον, εἴδειν ᾔδειν.

Num etiam de λιτί Trypho disceptaverit, ignoramus; de λῄδιον quae servavit Eustathius, eadem repetivit in Od. p. 1686, 55: λῄδιον. ὃ διαλυθὲν ἐκ τοῦ λεῖον, εἶτα τρέψαν τὸ προπαραλῆγον ε εἰς η καὶ γενόμενον ὑποκοριστικῶς ἐν τετρασυλλαβίᾳ λῃίδιον, συνῃρέθη τῇ προσγραφῇ τοῦ ι εἰς λῄδιον[11]), cf. in Il. p. 193, 35. Contra λήδιον habent Hesychius s. v., Pollux VII 48, Et. M. p. 563, 32, nam fuerunt qui λήδιον a λῆδος[12]) deducerent, inter quos erat Didymus insuper ληδίον commendans, cui obtemperavit Philemon teste Eustathio in Il. p. 1146, 58, 65. Alios ad λήθω confugientes etiam ipsos λήδιον vel ληδίον scripsisse apparet, cf. Et. Gud. p. 368, 38. Postremo secundum Tryphonis sententiam in Et. M. p. 240, 16 ἀγεῖον

---

10) Cramerus καί, at vide Et. Gud. p. 85, 16; 185, 3, unde etiam paullo ante μή inserui.

11) Eustathius λῃίδιον.

12) De λῆδος cf. Ahrens de dial. Dor. p. 142, Lobeck. Rhemat. p. 311.

καὶ ἀγγεῖον καὶ ἀγγείδιον, sicuti est in Et. Gud. p. 129, 38, revocandum esse moneamus.

8 (129). Et. M. p. 387, 38: *Φιλόξενος καὶ Τρύφων φασίν, ὥσπερ παρὰ τὸ πλησίον τὸ ἐγγὺς γίνεται κατὰ ἀντίφρασιν τὸ πλήν ἐπίρρημα, σημαῖνον τὸ χωρίς, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ ἐτός, ὃ σημαίνει τὸν ἀληθῆ, γίνεται κατὰ ἀντίφρασιν ἐτώσιος ὁ μάταιος.*

Philoxeni et Tryphonis sententiam repetivit Zonaras p. 892: *ἐκ τοῦ ἐτός ὀνόματος, ὃ σημαίνει τὸ ἀληθές, γέγονεν ἐτώσιον τὸ μάταιον κατὰ ἀντίφρασιν.* Alias originationes easque non minus subtiles, vel ab *ἀήτης* sive ab *ἐτός* pro *ἀληθής*, praebent Zonaras et Etymologica. Tum quae in Etymologico utroque de Rhegina Aeolicisque dialectis exponuntur, illam a genitivo pluralis facere adiectiva in *σιος*, has in *νιος*, Philoxeni esse discimus ex Epim. Hom. p. 162, 14: *ἐτώσιος. ὄνομα παρώνυμον. ὁ διὰ τοῦ ώσιος τύπος Ῥηγίνων ἐστίν, ὁ δὲ διὰ τοῦ ώνιος Αἰολέων· οἷον ἀνεμώνιος. Φιλόξενος, ἀήτων ἀητώσιος.* Quae haud scio an etiam ipse Trypho aut hoc loco aut in illo de Rheginorum aliarumque gentium dialectis libro conscripto copiosius tractaverit. Neque vero antiphrasi[13]) vel, quod idem fere est, de euphemismo neque de *ἐτός* pro *ἐτεός* posito cuiquam, opinor, Trypho persuadebit; quamquam *πλήν* e *πλησίον* factum esse etiam in Et. M. p, 676, 42, Gud. p. 740, 27, Orion. p. 138, 20 receptum videmus.

XXII.

ΠΑΘΗ ΛΕΞΕΩΝ.

Ita paucorum foliorum libellus quidam vel *περὶ παθῶν λέξεων, περὶ τῶν παθῶν τῆς λέξεως, περὶ παθῶν λέξεων ἢ περὶ παθῶν*, ut in aliis codicibus est, inscribitur. Sunt vero et alia multa in quibus libri MSS inter se differant, velut in § 28; nam ut in nonnullis (v. Bandin. II 279, 7; 384, 1) *οἷον δῶμα δῶ, κυκεῶνα κυκεῶ, Ἀπόλλωνα Ἀπόλλω. ὅτι ὁ* (v. § 29) scribi omittam, unus post *ἐκλίθη* septem fere versus addens ita desinit: *τὰ γὰρ μονοσύλλαβα περισπᾶται*, cf. Bandin. II 315, 4; 372, 2. Tum alius XXVI affectionum nomina

---

13) Vide Proclum in Phot. bibl. p. 321 a 7, Tryphonem de tropis apud Walzium Rhet. Gr. VIII p. 756, 1.

praebet, quarum prima est πράθεσις (sic), ultima συναλλαγή[1]), cf. Bandin. II p. 430, 6. Quae vero inde a § 29 sequuntur, in plurimis libris desunt. Etiamsi quae hoc tractatu continentur quin e Tryphone repetita sint, dubitandi nulla subest caussa, manifestum tamen nos pro uberiore Tryphonis opere ieiunum grammatici alicuius Byzantini excerptum accepisse, cuius operam vel e verbis σὺν θεῷ δηλωθήσεται in fine positis dilucide cognoscas. Hunc libellum primus edidit Constantinus Lascaris, post eum Valesianus Bolzanius et Alexander Scotus; nostro seculo e codice quodam Galeano repetitum videmus in Museo Cantabrigiensi a. 1814. E Tryphone procul dubio fluxerunt et illa, quae nunc in Moschop. Opusc. p. 27—31 περὶ παθῶν λέξεων inscripta leguntur, ubi etiam pleniora nonnulla p. 30, quam vulgo § 24 leguntur, invenies. Supersunt vero quaedam, quae ex ipso Tryphone deprompta esse videntur, etiamsi nullius fragmenti propriam sedem indicatam invenies.

1 (130). Ad ellipsim pertinent, quae Trypho de λιμός disputasse fertur in Et. M. p. 566, 4: *Λιμός, ἡ λεῖψις τῶν ἐπιτηδείων. γίνεται παρὰ τὸ λείπω λείψω λιμός· καὶ ὤφειλε διὰ διφθόγγου γράφεσθαι· ἀλλὰ συνέπαθεν ἡ φωνὴ τῷ σημαινομένῳ· ἐπειδὴ γὰρ ἔνδειαν δηλοῖ, τούτου χάριν καὶ ἔνδειαν φωνήεντος ἀνεδέξατο, ὥς*[2]) *Τρύφων. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος ἐξ ἀφορμῆς τοῦ λιμπάνω.*

Eadem habet Zonaras p. 1308; Tryphonis sunt etiam, quae in Et. Gud. p. 371, 3 et in Choerobosci orthographia p. 235, 12 leguntur; nonnulla fortasse in Et. M. p. 383, 14; 568, 25, Ioann. Diac. alleg. Hesiod. Theog. 549 Gaisf. transierunt. Contra ut μ in λιμός efficeretur, Apollonius ad λιμπάνω, Eustathius ad perfectum λέλειμμαι confugerunt, cf. in Il. p. 56, 28; 194, 41, in Od. p. 1562, 65.

2 (131). Eidem de ellipsi quaestioni haec e Cram. An. Ox. II p. 271, 30 inseras: *Φιλήτης διὰ τοῦ ι γράφεται, σημαίνει δὲ τὸν κλέπτην. καὶ λέγει ὁ τεχνικός· πολλὰ πάθη δίδωσι γὰρ ἀποβολὴ τοῦ ι τῷ ε· τὸ γὰρ ὑφειλέτης κατὰ τὴν δευτέραν συλλαβὴν διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται. δίδωσι δὲ*

---

1) Congruere videtur illud excerptum Mediceum cum illis quae ediderunt Boissonadius An. Gr. III p. et Titzius Moschop. opusc. p. 58. 321. Quae vero Bachmannus An. II p. 364 habet ad Tryphonem cave referas.

2) Sturzius ὁ.

καὶ ἔκτασις τοῦ ε εἰς η· τὸ γὰρ ὀφειλέτης τῷ ε παραλήγεται, τὸ δὲ φιλήτης τῷ η· ὅ λέγων καὶ ὁ Τρύφων, ὅτι εἰσί τινα ὀνόματα συμπάσχοντα τῷ δηλουμένῳ, οἷον ἡμισυκύκλιον [ἡμικύκλιον], λείπω λιμός· οὕτως καὶ ἐνταῦθα ἔπαθεν ἡ φωνὴ [ταὐτὰ καὶ] τὰ δηλούμενα. καὶ ἐκ τοῦ ὀφειλέτης γέγονε φιλήτης· ἐπειδὴ ἔνδειαν σημαίνει· ὁ γὰρ κλέπτης ἔνδειαν ποιεῖ. τούτου γὰρ χάριν καὶ φωνῆς ἔνδειαν ἐδέξατο καὶ ἀπέβαλε τὸ υ καὶ τὸ ε καὶ τροπὴν ἐποίησε τοῦ ε εἰς τὸ η.

Ubi leviora menda aliquot ex Et. Gud. p. 552, 53 correcta, ἡμικύκλιον e consimili loco Et. M. p. 794, 4: λέγει ὁ Τρύφων, ὅτι συνέπαθεν ἡ φωνὴ τῷ σημαινομένῳ, ὡς ἡμισυκύκλιον ἡμικύκλιον, λείπω λιμός· ὁ γὰρ κλέπτης ἔνδειαν ποιεῖ, οὗ χάριν καὶ φωνῆς ἔνδειαν ἀνεδέξατο insertum est. Etymologiam vocis φιλήτης a Tryphone constitutam in suos libros transscripserunt Philemo p. 184, scholiasta Hesiodi p. 194, 33 Gaisf., Eustathius in Il. p. 194, 31; 781, 14, in Od. p. 1889, 1, Orio p. 159, 27, Suidas s. v. Quam a φιλεῖν vel φίλος per antiphrasim sive euphemismum deducere praeferunt Helladius in Phot. bibl. p. 535, 6b, Choeroboscus in Cram. An. Ox. II p. 272, 10, auctor Etymologici M. p. 794, 7, Gud. p. 553, 4, Orio p. 159, 34, Eustathius[3]) in Od. p. 1888, 62, Suidas s. v. Apud Helladium φιλητής scriptum exstat, sicuti in hymno in Merc. v. 67 (cf. Iacobs. ad Anth. Pal. p. 122), tametsi grammatici ita discernunt, ut φιλήτης sit ὁ κλέπτης, contra φιλητής ὁ ἐραστής, cf. Philem. p. 184, Et. M. p. 793, 58, Eust. in Od. p. 1967, 35, Cyrill. lex., Suid. s. v. Atque ita φιλήτης habemus in Hesiodo Op. et D. v. 375 et Archilocho apud Eustathium in Od. p. 1889, 2. A φιλεῖν autem ne repetamus φιλήτης, obstat productum ι, quamquam aliter hac de re iudicasse videmus Goettlingum ad Hesiodi l. l. Neve ad φηλοῦν confugias, licet id certe propter vim vocabuli aptissimum esset. Tradita quidem est et alia forma φηλήτης[4]) ab Hesychio et aliquot Hesiodi hymnique in Mercurium l. l. libris; at cum Trypho manifesto φιλήτης scripserit necdum vocalium η et ι permutatio illius aetate usitata fuerit, solum φιλήτης probare consentaneum est. Tum eandem in ἡμικύκλιον passionem ob-

---

3) Indidem Eustathius etiam Philoetii nomen interpretari conatur.

4) Recepit hanc formam e Scaligeri coniectura Hermannus in Aesch. Choeph. v. 981 contra librorum consensum, qui φιλήτης praebent.

servavit Habro, Tryphonis discipulus, teste Herodiano περὶ παθῶν, cf. Et. M. p. 430, 24, Gud. p. 577, 40, Phavor. ecl. p. 230, 17. De syllaba σν in ἥμισυ omissa cf. Theognostum in Bekk. An. p. 1379 et Lobeckium Paral. p. 44.

3 (132). Tryphonem cum de apocopa dissereret, scripsisse censeo, quae leguntur in Et. M. p. 477, 56: Ἴστη μὲν ὄμμα. ποικίλον ἐστίν. οἱ μὲν λέγουσιν, ὅτι ὅταν ἀποκοπὴ γίνοιτο τῶν εἰς θι προστακτικῶν, ἐπαύξησις ἀκολουθεῖ, οἷον ἵσταθι, καὶ κατὰ ἀποκοπὴν ἵστα, καὶ ἐκτάσει ἵστη· * μέγεθος δ' ὅς ἵστη. τὸ δέ, μείζονα δὴ κρητῆρα, Μενοιτίου υἱέ, καθίστα ἀντὶ τοῦ εὐτρέπιζε. ἐὰν μὲν βραχύ, ἀποκοπή ἐστιν, ἐὰν δὲ κατὰ ἔκτασιν, ἀπὸ τοῦ ἱστῶ ἵστα, ὡς βοῶ βόα. οὕτω Φίλων καὶ Τρύφων.

Quae hic illic ex Et. Gud. p. 288, 10 correxi et supplevi. De quantitate illius α finalis simili ratione expositum invenies in schol. Ven. Il. IX 202: ὡς καθίσταvε τὸ πλῆρες, οὕτως καὶ ἐπὶ τῆς ἀποκοπῆς. εἰσὶ δ' οἳ ἐκτείνουσιν, ἀπὸ τοῦ ἱστῶ τὴν κλίσιν παραλαμβάνοντες. Longum esse α in ἵστα ostendit imperativus πίμπλα, quem ex Amphide comico servavit Athenaeus X p. 426b. Similem formam καθίστα usurpavit Macho comicus apud Athenaeum VI p. 243f. Quam vereor ne quis minus bonam iudicarit, siquidem id e Moeride Att. p. 208 κίρνη Ἀττικῶς, κίρνα Ἑλληνικῶς et schol. Arist. Av. v. 1310 colligere licet.

4 (133). Ad παρέμπτωσιν referemus Tryphonis verba in schol. Paris. Apoll. Argon. I 907: Δύη ἡ κακοπάθεια. ἐντεῦθεν καὶ τὸ ἐνδυκὲς κατ' ἐπένθεσιν τοῦ κ, ὥς φησι Τρύφων, ἐνδυές γὰρ καὶ ἐνδυκές, τὸ μετὰ πόνου γινόμενον [προσηνὲς καὶ ἡδύ], καὶ ἐνδυκέως ἐπίρρημα. Cf. schol. edit. l. l.

Tryphonis sententiam nimis absurdam qui probaverit, nunc habemus neminem. Neque meliora aliorum sunt commenta ἐνδυκέως derivantium ab ἐνδίκως (cf. Et. M. p. 339, 22, Eust. in Il. p. 1290, 7), aut a δοκεῖν sive δέκειν pro δεξιοῦσθαι (cf. Eust. in Il. p. 1290, 5, in Od. p. 1579, 50 [5]), aut a κῆδος, ita ut ἐνδυκέως sit pro ἐγκηδέως (cf. schol. Od. VII 256). Buttmanni Lexil. I p. 180 ἐνδυκέως ab ἐνδύω repetentis sententia quamquam ceteris antecellit, tamen plus uno nomine rei-

5) Cf. Lobeckium Pathol. p. 107.

cienda est. Quod omni dubitatione liberum sit, nullusdum obtulit.

5 (134). E Tryphonis περὶ παθῶν libro Stephanus de dial. p. 64 ἐμοὐποδύνει pro ἐμοὶ ὑποδύνει enotavit, quam formam per ecthlipsim et synaeresim factam esse tradit scholiasta Dionysii Thr. p. 698, 25, cf. Koenium ad Greg. Cor. de dial. p. 64. Similem crasim grammatici nonnulli in Il. XVIII 458 ἐμὠκυμόρῳ admiserunt.

XXIII.
ΠΕΡΙ ΜΕΤΡΩΝ.

Exstat Tryphonis tractatus quidam ita inscriptus in codice Barocc. LXXII et alibi, ut videtur[1]). Illinc Dawesius publici fecit iuris haecce:

1 (135). *Κακόμετροι πόδες εἰσίν, ὅς κατὰ πόδα ἢ διποδίαν ἢ κατὰ περίοδον ἀπαρτίζει τοῖς μέρεσι τοῦ λόγου· τὸ γὰρ καθ' ἡρωικὸν * ἐπι κόπτειν θέλει τὴν λέξιν ἐν τοῖς μέρεσι τῶν χωρῶν ἄνευ τῶν τομῶν. εἰσὶ μὲν οὖν τὰ κατὰ πόδα κακόμετρα, ὡς τό*

ὕβριος | εἵνεκα | τῆσδε· σὺ δ' | ἴσχεο, | πείθεο δ' | ἡμῖν.

κατὰ διποδίαν δέ, ὡς τό

ἔσπετε νῦν μοι, | Μοῦσαι Ὀλύμπια | δώματ' ἔχουσαι.

Similia habet Moschopulus Opusc. p. 46 *ὑπόρρυθμον, τὸ καθ' ἕκαστον πόδα ἀπαρτίζον μέρος λόγου, οἷον· ὕβριος εἵνεκα τῆσδε· σὺ δ' ἴσχεο, πείθεο δ' ἡμῖν.*

XXIV.
ΠΕΡΙ ΤΡΟΠΩΝ.

Supersunt duo Tryphonis eundem hunc in fronte habentes titulum, sed non parum diversi libelli. Alterum, cuius initium est: *τοῦ λόγου εἰς εἴδη μεριζομένου*, recte Walzius Rhet. Gr. VIII p. 727 Gregorio Corinthio restituit. Verum

---

1) Cf. Bandin. Catal. bibl. Medic. II 316, 5: Tractatus de pedibus et metris versuum. Inc. *ποῦς ἐστὶ μετρικὸν σύστημα συλλαβῶν.* Fortasse Tryphonis.

etiam Tryphonis liber, qui incipit: φράσις ἐστὶ λόγος ἐγκατάσκευος, qualis ab auctoris manu profectus sit, nescimus. Haud enim parum discriminis inter eum, quem post Blomfieldium in Mus. crit. Cantabr. 1814 edidit Walzius Rhet. Gr. l. l. et quem e codice Rehdigerano Passovius et Schneiderus protraxerunt, intercedit.

XXV.

DUBIAE SEDIS FRAGMENTA.

1 (136). Athen. XIV p. 640e: Τρύφων φησὶ τὸ παλαιόν, πρὶν εἰσελθεῖν τοὺς δαιτυμόνας, ἐπὶ τῶν τραπεζῶν κεῖσθαι τὴν ἑκάστου μοῖραν, ὕστερον δὲ πολλά τε καὶ ποικίλα ἐπεισφέρεσθαι· διὸ καὶ ἐπιφορήματα κληθῆναι.

Repetisse haec Dionysium, Tryphonis vel filium vel discipulum testis est Athenaeus XIV p. 641a; nisi in Tryphonis Dionysiique iisdem verbis pariter atque in duplici Philyllii mentione mendum latere et locum litura sanandum arbitraris. Ceterum sive praeceptorem sive discipulum illa scripsisse mavis, certe τὸ παλαιόν dicens non Homericam aetatem auctor respexit. Apud Herodotum (I 133) enim, quantum nos quidem scimus, prima ἐπιφορημάτων commemoratio. Similiter Hesychius ἐπιφορήματα interpretatur τραγήματα μετὰ τὸ δεῖπνον, quemadmodum fere est apud Lucianum Lexiph. 8. Accuratius rem explicuit Pollux VI 79: τὰ δὲ ἐπιδορπίσματα Ἀριστοφάνης μὲν ἐπιφορήματα καλεῖ, ὥστε εἴη ἂν καὶ τὸ ἐπιδορπίζεσθαι ἐπιφορεῖσθαι. ἦν δὲ τρωγάλια, κάρυα, μυρτίδες, μέσπιλα, ἃ καὶ ὄα καλεῖται· καὶ τοὔνομα ἔστι παρὰ Πλάτωνι τοῦτο, ὡς παρ' Ἀρχιλόχῳ ἐκεῖνο. Paullo aliter Philyllius ἀμύγδαλα, κάρυα, ἐπιφορήματα scribens. Ἐπιφορήματα ab aliis etiam ἐπιδορπίσματα, μεταδόρπια, ἐπιδόρπια, δεύτεραι τράπεζαι, ἔπαικλα nominata esse refert Athenaeus l. l. et IV p. 130, 140. Aliud fuit Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα, de quo vide Athen. XIV p. 641a, Hesych. s. v., Steph. Byz. p. 10, 7.

2 (137). Eustathius in Od. p. 1401, 42: Θετέον ἐνταῦθα καὶ Τρύφωνος τὸ κατὰ χειρῶν μὲν πρὸ τροφῆς παρὰ τοῖς ὕστερον, νίψασθαι δὲ μετὰ τροφήν.

Consentit cum Tryphone Aristophanis Byzantii testimonium, ibid. v. 19: Ἀριστοφάνης δ' ὁ γραμματικός φησι παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ μὲν πρὸ ἀρίστου καὶ δείπνου λέγεσθαι κατὰ

χειρός, τὸ δὲ μετὰ ταῦτα ἀπονίψασθαι. Quae ex Athenaeo IX p. 408f, 410b arcessita sunt. Ubi vero Tryphonis illa Eustathius invenerit, nondum compertum habemus. Episcopus si forte in errorem incidit, Tryphonis tamen pro Aristophanis Byzantii nomine substitutum esse ne putes. Uterque grammaticus, licet alter παρὰ τοῖς παλαιοῖς scripserit, eundem usum respexerunt. De discrimine inter κατὰ χειρός et κατὰ χειρῶν intercedente disputavit Nauckius Arist. Byz. frg. p. 252. Quod Tryphonis fragmentum si operum, quorum ad nos pervenit, notitia, alicui accensendum est, una cum praecedente ad libros περὶ ἀρχαίας ἀναγνώσεως reicere malo.

3 (138). Tzetzes in Lycophr. v. 700: Πολυδέγμων λόφος. ὄρος ἐστὶ τῆς Ἰταλίας λίαν ὑψηλότατον, ἐξ οὗ φασὶ πάντας τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ ῥεῖν ποταμούς, ἐπειδή, ὥς φησι Τρύφων, ὀμφαλός ἐστι τοῦ Ἅιδου τὸ ὄρος τοῦτο.

Tryphoni Neptuni epithetum πολυδέγμων obversatum esse videtur, cf. hymn. in Cer. v. 17, 31. De Apennino (nam is est ille πολυδέγμων λόφος) e iugo suo omnes Italiae fluvios demittente vide locos a Bachmanno ad Lycophronis l. l. allatos.

Praeterea Suidas auctor est Tryphonem condidisse περὶ πλεονασμοῦ τῶν ἐν τῇ Αἰολίδι διαλέκτων βιβλία ζ', περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ διαλέκτων καὶ Πινδάρῳ καὶ Ἀλκμᾶνι καὶ τοῖς ἄλλοις λυρικοῖς, περὶ τῆς Ἑλλήνων διαλέκτου καὶ Ἀργείων καὶ Ἱμεραίων καὶ Ῥηγίνων καὶ Δωριέων καὶ Συρακουσίων. Ubi quae fere exposuerit vel ipsae inscriptiones docent, etiamsi non integras eas ad nostram usque aetatem perlatas esse iam p. 3 monuimus. Addamus nunc libros περὶ τῆς Ἑλλήνων διαλέκτου et περὶ ἑλληνισμοῦ, tum περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ διαλέκτων et περὶ ἀρχαίας ἀναγνώσεως, qui procul dubio etiam in Cram. An. Par. I p. 7, 1 significantur, fortasse eosdem esse. De Syracusanorum, Rheginorum, Argivorum reliquorum dialectis etiamsi haud pauca traduntur neque dubitandum est, quin certe nonnulla ad Tryphonem referenda sint, in rei admodum incertae suspicione acquiescendum est. Tum Suida auctore inter Tryphonis libros fuit unus περὶ ὀνομάτων συγκριτικῶν ubi comparativorum formae tractabantur; de deminutivis nolis

cogitare, est enim ὑποκοριστικὸν τὸ μείωσιν τοῦ πρωτοτύπου δηλοῦν ἀσυγκρίτως, ut legimus in Dionys. Thr. gramm. p. 635, 15. Deinde in illo περὶ ὀνομάτων χαρακτήρων inscripto libro singulari num numerorum solum substantivi formas Trypho illustraverit (cf. Dionys. Thr. p. 635, 31), valde dubito.

De Tryphone poeta cum praeterquam e Suida nihil aliunde innotuerit, verum falsumne tradat, nescimus. Ubi si errorem latere censes, lexicographus potius magno Tryphonum numero deceptus esse, quam librarius in voce ποιητής vitium commisisse videatur.

I.

Index fontium.

II.

Index rerum.

Gedruckt bei A. W. Schade in Berlin, Grünstr. 18.

The borrower must return this item on or before the last date stamped below. If another user places a recall for this item, the borrower will be notified of the need for an earlier return.

*Non-receipt of overdue notices does **not** exempt the borrower from overdue fines.*

Harvard College Widener Library
Cambridge, MA 02138 617-495-2413

Please handle with care.
Thank you for helping to preserve library collections at Harvard.